



6
11-C
28
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
5 A
37
otheca
oll. Rom.
Jesu
6-11-C-28



PROLVSIONES

ACADEMICAE

BARONI

PARS PRIOR.






ORATORIA
alit vbere foetus
PROLVSIONES
ACADEMICAE
AVTHORE
FR. BONAVENTVRA BARRONIO
Ord. Minorum Strictioris
Obseruantiæ Hyberno Clonmeli
IN ROM. S. ISIDORI COLL.
PROFESSORE
Romæ
Sup. permissu
Typis
Mascardi



PROLVSIONES
PHILOSOPHICÆ,
Logicis & Physicis
MATERIIS BIPARTITAE

Accessit Harpocrates, siue Diatriba Silentij.

Anthore

BONAVENTVRA
BARONIO
Ordinis FF. Minorum Strict. Obser. Hyberno Clonmeliensi, in Romano Collegio S. Isidori olim philosophiæ professore.

ROMAE, Typis Mascardi, MDCLI.

Superiorum licentia.

EXCELL.MO DOMINO.

D. EMANVELI DE MORA LVSITANO,

Marchioni Castri Roderici, Comiti Lumiarium, Militiæ Christi magno Commendatario, Terræ nouæ, &c. perpetuo præsidi, Hispaniarum Dynastæ, Philippi IV. aurata claue Cubiculario, Belgij gubernatori.



ROLVSIONES meas (Excell. Heros) tuas esse volui, & verò velle debui; etsi alicui sequius videatur; sci-

licet importunè me nunc militiæ, ac tumultuum Saturnale opusculum offerre, tanquam in castris locus sit amœnitati. Sed errant: ista beneficijs lex posita est; ego has non dono, sed reddo: Quare iam cauilli illi æquitati cedunt, prolusiones Tibi. Nempe classica sunt, ac proinde tibi intonandæ qui Belgico Marti moderaris: Oratoriæ, adeoq; crisi tua dignæ qui dudũ iam oratorem gloriosè egisti, loco, & Pontifice Vrbanum. Et, vt omnia absint, an quidquam nisi

tibi

tibi vectigale prodeat ex
hoc collegio, quod tuis
potissimũ ære, & autho-
ritate prouectum est, du-
rat, stabitq́ę vt quanquam
ego ex eorũ fæce forem
quibus beneficia cùm vsu
pereunt, necdum tamen
possem ingratias tuis re-
ferre. Scio vix tibi vaca-
bit has audire, vacet saltẽ
admittere, ne nescias nos
beneficiorum tuorum vi-
ces cogitare, etsi gratitu-
dine ditiores quàm cen-
su. Ego in te amplector,
admiror, amo, nobilitatẽ
quam à nostratibus hau-
sisti illustrissima familia.

O Mora; munificentiam, quam in plures ſpargis; pietatem, qua omnia metiris. Ita ſi ludi mei tibi alluſerint, approbabis eos calculo tuo commendatos Oratoribus, Principibus, pijs. Vale vt vouet

Excellentiæ tuæ
Seruus & Cliens

Ex S. Iſidoro in Vrbe ix. Kalend. Nouemb. M. DC. XLVI.

Fr. Bonauentura
Baronius.

In

IN PROLVSIONES
PHILOSOPHICAS
R.P. Fr. Bonauenturæ Baronij Hyberni S. Theologiæ professoris.

ODE

Iacobi Albani Gibbesij, Med. Doct.

PRisco moueri fœdere Cælitum
Nolens IERNE, qualia pectora
Vtrique producis Mineruæ,
Egregio generosa fœtu?
Pugnacis artes non mihi militis
Fas est inermi dicere barbito:
Ad pacis, alternumque amoris
Finxit opus pater ipse vatum.
Hac te BARONI parte sub æthera
Tollam merentem: Vergiuij maris
Sirena tollam, nulla cantet
Vt potior Siculas per vndas.
Vidi ore vincto, vidi ego libero

Torrentis instar currere; nunc Dei
Tractum per immortale numen,
Nunc rapidi per acuta Mundi:
Iamq; inuidendum te forè posteris
Edico sidus; quippe facis iocum
Veros labores. Quis parabit
Seria, vel graue quid putandũ
Si ludere hoc est! O vtinam vigil
Aequem iacentis somnia, vel meæ
Sint otium curæ sagaces
Tale; pigram superabo Lethen.



Im-

Imprimatur si videbitur Reuerendissimo P. Sac. Pal. Apost. Mag.

A. Riualdus Vicesg.

PErlegi has Prolusiones Philosophiæ Logicis, & Physicis materijs bipartitas, Adm. R. P. Fr. Bonauenturæ Baronij, Ord. Min. strict. obseru. Nihil in ijs est contra sanam doctrinam & bonos mores; plurima verò, quæ eruditionem litterariam non ornent modò, verùm etiam promoueant; proinde digna sunt, quæ cum authoris laude publici iuris fiant. Romæ 18. Decembris 1645.

Melchior Inchofer Soc. Iesu.

Imprimatur.
Fr. Hyacinthus Pandulphus Mag. & Soc. Reuerendiss. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Pal. Apost. Mag.

Reue-

Reuerendiss. P. Fr. Reginaldo Lucarino, Sacri Palatij Apost. Magistro.

LIbellos Baronianos panegyricum, metricum, prolusorium, epistolarem à Te missos, voluptuosè perlegi. Inde magis placuerunt, quod à Theologica prodierunt officina, in qua raro huiuscemodi cuduntur argumenta. Qui Scholasticas serunt contentiones, omnem ornatum contemnuut, & quo altiores sectantur disciplinas, eo profundius sermonem demittunt. Siue philosophiæ rimentur arcana, siue Theologiæ scrutentur mysteria, non sat putant explicari nisi barbare proferantur. Rari sunt qui scholastice student, & Rhetorice loquuntur. Nobiles porrò scientias non abhorrere purum probatumque eloquium hic author ostendit, qui di-

disertum in scholis theologum; & doctum ex rostris agit oratorem; atque in his opusculis etsi frequenter ludat, multam promit scientiam; seria grauiter exponit, ludicra versat ingeniosè. Nihil hic languidum aut molle, nihil asperum, aut indecorum, &, quod Tu potissimum cupis scire, testor nihil esse rectæ fidei contrarium, nihil bonis moribus aduersum. Ad S. Isidorum Nonis Ianuarij

Fr. Lucas VVaddingus.

CEN-

CENSVRA.

E*X parte Reuerendissimi* Patris *nostri Vicarij Generalis auidè & attente percurri R. P. Bonauenturæ Baronij olim magistri mei, & cœnobij huius primarij lectoris* Prolusiones Philosophicas *item* Harpocratem *siuè* Diatribam Silentij, *& deprehendi, (quod ante me doctissimi aliquot de anterioribus eius operibus censuerunt,) nihil hic esse naui, plurimum nitoris; tantum abest, vt fidem aut mores offendant. Pluit stylus, spirat ingenium, ille elegans, hoc acutum. Ita author vbique lusibus seria, silentium eloquio miscens pugnantia maritat, adeo artificiosè, vt nusquam fusius compendium videas.* Quarè *expedit omninò publicæ luci exponatur: Hoc meum iudicium dedi Romæ in hoc Collegio, tertio nonas* Aprilis, *anno* Iubilæi 1650.

Fr. Paulus King S. Theol. Lector, & Collegij S. Isidori de Vrbe Guardianus.

Frater

Frater Daniel à Dongo totius Ordinis Minorum S. Patri Nostri Francisci V. Generalis.

QVum *Prolusiones philosophicæ* itemque *Harpocrates,* siue *Diatriba Silentij* P Bonauenturæ Baronij Prouinciæ nostrę Hyberniç prædicatoris ac lectoris generalis, & in Romano Collegio S. Isidori S. Theol. primarij professoris iuxta S.Conc.Trid.& nostri Ordinis sanctiones reuisa & approbata sint, concedimus quantum in nobis est licentiam dicto P. Bonauenturæ, vt ea typis committere possit. Dat. apud S Mariam de Araceli 28. Ianuarij Anno 1651.

Fr. Daniel à Dongo Vic. Gener.

LEC-

LECTOR.



VOVSQVE (inquies) æterna ædilitate circumferris, præ ipsis Prolusibus ludibundus? Vel etiam (addes) quando hæc olim sublucana vanitate promissa fessum expectatione lectorē apprehendent? Fateor me equidem vtriusque ratiocinijs obnoxium, sed & reddendis pronum. Atque vt à proximo ordiar; non ego à tarditate illa timeā, quasi fidem meam prostituat, quam in hac prouincia prudens quisque ap-

pro-

probabit lentè festinantem. Appollinari oraculo authores in operibus edendis pudor magis decet, quàm constantia. *Retundendus est iste pruritus scribendi, nostri seculi morbus, & quadam parcimonia operum velut dieta concoquendus. Vnde ergo musteum opus, & adhuc in lacu crudum, nolui temerè criticis palatis propinare, nisi fœculentiã ipsa saltem mora despumaret. Quanquam vt mihi hæc libelli lima contingeret, non tam laxandum fuit tempus, quàm vindicandum ab occupationum necessitate, quæ ipsius recudẽdi*

S. Apollin. lib. 9 Epist. 11.

di

di otium, planè dicam, deuorarunt. Et quæ illa expectes? Si numerum computare voles, densa; si pondus æstimare, grauissima; quoniam interim quoto die aut Naturam in aperto latentem erui Philosophiam professus; aut fidem de industria caligantem Theologicis cõmentarijs illustraui. Argumenta certè, quæ his amœnitatibus longum vale dixerunt; solida ipsa, etiam strigosa, horrenti dictione prodesse malunt, quàm placere. Ab his me reducem nemo vnus mirabitur suda fauce raucire, Vt quoniam ex ea acie de-

descendo, in qua florum nescitur mollities, iactãtur aculei, nequaquam extemplò possim laxatam capulo manum styli angustiјs commodare. Libuit tamen inter hac tam auulsa, & disparata à se fora, transitu alternante discurrere, vt in quoque vno alterum, in vtroque fastidium declinarem. Iucundissimum (ait quispiam) nauigare iuxta terram, ambulare prope mare, quoniam vtrobique ex confinio remedij inter pericula belluamur. Si cui ergo caperata frons Philosophiæ vomicam mouet, tot tur-

bis

bis vndabunda, hic interim geminæ ripæ qua poësis, qua oratoriæ obsidione periculũ voluptate suffocabit. Ita apud Te audeo (mi Lector) non industriam meam, sed votum prædicare, cæteroqui superbus; venia etiam dignandus qui similia vero pro ipso subinde suppono. Iam vt in primo desinam, volui te pro vestibulo cõuenire, ne nescires velitare me hic non serio imminere eruendæ veritati; vt quùm posthac deprehẽdar tumidus magis quàm plenus; sciar expectationi tuæ potius, quàm argumẽto defuisse. Nempe hæc oran-

randi methodus proloqui verius quàm eloqui gaudet, & oblectatur ipsa magis pompa quàm præda. Haud vtique aliter ac ingeniosa aspis ad caueam suam ludit, cuius orificio affusa lasciuis voluminibus præterlabitur inuentum; domi peregrinatur, & in scrupos impacta, errandi libidine cauet cauere. Salue.

SYLLABVS
Prolusionum

Dialecticarum.

1 Apparatus, in alias, de Summularum Logicalium compẽdio.
2 De Entibus rationis.
3 de Prædicabilibus Porphyrij.
4 in Aristotelis prædicamenta.
5 In eiusdem libros Analyticorũ, Topic. &c. de Scientia, Opinione & Elenchis.

PRO

PROLVSIO Prima.

An scientias eloquentia deceat?

ITEM,

De compendio Logicalium Summularum.



VIDEBITVR (credo equidem) consilio ipso inconsultus, qui educendum in arenam agmen scientiarum compositæ dictionis ambitu, triumpho magis quàm pugnæ præpararit: qui circumducat eis lenocinantem hanc pompam orationis prodigè æquè, ac stultè, tanquam

Quæ suffraganter barbara

dictioni inter do cēdum.

illæ aduersarijs placere, ac non minari magis debuissent. Aula stolæ campus est; in puluerem educendi sunt sordidati. Mundus ille muliebris est: formam fœminas decet, virum robur, qui ipsa fronte feralis, decentissimè ornatum seueritate vultum explicabit. Nec enim nequidquam vetustas fabulata est, Martem adulterio olim Veneri permistum; quin vt innueret bellum quàm minimè esse bellum, nec solum ineptè, sed iniquè circumponi armis ornamēta. Quòd si ratio militia venustati interdixit, quanta temeritate illuc inferetur, vbi ipsa ratione est militandum?

Allegoria adulterij Martis & Veneris.

Ego (AA) vt imminentem hanc calumniam auertam, disparanda statuo certamina bellorum; atque inter duo illam duellum pono, illa inquam, quæ armis geruntur, & quæ argumentis. Et in primo quidem do eos desipere, qui Martem flori-

floribus prætexunt: at verò vbi nequaquam in illius campo, sed in Capitolio, rationum momentis, quasi Consulum suffragijs quidpiam est decidendum, ibi equidem enitar lauream linguæ cessuram, vt suprema dignitas sit Dictatoris.

Campus Martius.

Bellum scholasticum ornatu dignum.

Quam optionem (niquid à Barbaris pudeat nos mutuare,) dudum iam definitam video in Persico triumuiratu, qui in perplexo illo summæ fortitudinis gripho iudicij acumine, ad gratiam Principis grassabantur. Cumque is regio arbitrio vicisset qui veritatem laurea donauit, alij duo vt adhuc inuicti viderentur, totidem simillima vero, vinum & mulieres (quoniam eodem apparatu armantur) ad tantæ ambitionis palmam sequacibus calculis extulerunt.

Esdræ lib. 3. cap. 3. & 4.

Disputatio habita apud Dariū regem.

Enimuero vinum quanquam succulentia tumidum, senio graue, purpura sua minax, sed

Vini vires quibus constant.

vt arcem animi ex ventriculi vallo expugnet, commeatum poscit; sapere debet vt decipiat, & illecebra suauitatis palati suffragium accupari, odore, sapore, tinctura, quasi redimiculis quibusdam, & vestium commissura variegatum. Iam verò mulieres quis nesciat ornatu suo armari, cùm capillorum radios vibrant, oculorum globos arietant, quùm genarum nanulos colles modò niue illinunt, modò minio confundunt. Ita bellæ Bellonæ in fortissimorum aciem victricia signa euehunt delicatis machinis, ciliorum arcubus, frontis area, colli columna, nasi mucrone, oris Ethesijs, labiorum cruditate, quorum tanta vis est & Venus, vt rigidissimum quemque, quamuis Catonem frangat; & tanquam Medusæ caput monstrosa venustas spectatorem quemque medius fidius, vi omni & virtute exarmet.

Mulierum ornatus militat in viros

Ve-

Veniat in iudicium hoc Magnus testis Alexander, qui quõdam (nostis) terram trophæis, cœlum fama occupauit; ille, ille cæteroqui temerarius, hic timidus, non est ausus coràm cũ forma luctari. Enimuero Darij vxorem longè formosam, non sustinuit videre, ne deinde inuitus concupisceret, quod incautus aspexit. Ita ille volatilis victor, fulmen illud belli perobstantia irrumpens, aduersus formam præsidium in fuga quæsiuit. Quòd si imagines illæ, atque vmbræ veri, quo dixi ornatu armantur, non abs re, vtique, sed apposite circumponemus suum mundum veritati, vt interim specie & pulchritudine procedat ad regnum, armis amicta, & ornamentis armata. *Alexandri magnitudo impar fœminea pulchritudini.* *Psal.44.*

Enimuero nescias vnde hic obductus obiectis apparatus oculos oblectat, & commendat illa non affectui solum, sed iudicio. *Species sapit oculo, etiam intellectui.*

dicio. Demus enim Phidiam quempiam, aut Polycletem, hominis statuam sculpere tam humaniter, vt naturam arte lacessat, pedum fundo, capitis fastigio, vmbilici centro circinum ad circumferentiam excipiat; frontem sternat, arcuet cilia, os hiatu diducat; denique tamen non hominem edet, ne corpus quidem, sed cadauer. Immobile marmor se ipsum prodet, de artifice id vnum declamabit, quod quùm tentasset mentiri, nesciuit. Accedat Apelles, liniat pigmentis simulacrum, genas minio purpuret, cæsariem croco accendat, stibium oculis, cuti cerussam inspergat; capiet quemcumque artefactum animal, & putabitur pictor spiranti idolo colore calorem indidisse.

Oratoria qua si pictoria ca- Ita est (AA) aliæ scientiæ, vt vt altæ preciosum magis, quàm pulchrum opus edunt, relictura Rhetoricæ, quod absoluat.

Me-

Metaphysica ideas exhibet, tanquam idola, nuditate sua obscæna, Theologia pudicitię candidata impudentiam illam rudi verborum subtegmine, quasi ficulneæ frondibus obducit. Sed corruptus hominis genius etiam in veste, quam ad pœnam præfert, ornatum aucupatur; tanquàm mortis reus ambiat precioso supplicio perire. Quod ego vt perperam fieri concedo, ita probè geri posse contendo: Quin vt in Repub. comptius vulgo patricij, his proceres incedunt, ita in scientijs orationis amictu illæ præcedere debent, quæ argumento præstant. Et quis, quæso, nobilissimas artes deteriore omni silentio barbarie damnauit, vt syllogismi solecismis colligantur?; vt hiulca illa dictio, & tragicè minax, inter offendicula aurium retroactum animum, tanquam tyrannus trudat? Certè id videntur optare elegantiæ mastiges,

teris scientijs adhibēda.

Maximas sciē. ias par ornatus decet.

ges, quod Philoxenes, & Gnato, gulæ proceres, qui conuiuijs adhibiti, emungere se in paropsides solebant, vt cæteros ab edendo arcerent. Ita hi sapientiæ cōdi, ac Euclionés, ne quando minus in ipsis suspici posset, quod in alios redundaret, impuræ dictionis fæcibus ornatissimum quemq. repulerunt. Absit autem vt familia scientiarum id esse velit quod dici sustinet, & circumduci sibi has tanquam sui setas, cauens ipsa vt caueatur. Quin potius siue humanæ sapientiæ pondus libres, siue diuinæ æstimes authoritatem, vtramque deprehendes eloquentiæ præsidio, illam egere, istam vti. Et quidem de naturalibus frustra quis expectet id probandum, quando olim quum scientijs sua puritas, ingenijs æstimatio constaret, philosophia & facundia, non vt nunc Gemini erant, alterna morte immortales, sed

Philosophia & oratoria olim idem.

vtra-

vtraque vna Helena specie armata, atque armis speciosa; nec tantùm perorabant sapientes, & sapiebant oratores, sed ipsa demum videbatur sapientia eloqui, & eloqüentia philosophari. Hoc mihi votum est (AA, (quanquam concipere id facilius quàm parere possim,) educere in arenam diuam sapiētiam ornamentis suis amabilem, tanqnam Imperatricem cæsarie augustam, cincinnis flexuosam; caput illud omni Capitolio excelsius, collum quouis Firmamētó cōstantius, Venerem visurus pingere, nisi Palladem mihi præfixissem.

At enim quemadmodum Natura ex minimis, Deus ex nihilo omnia moliuntur, ita Ars quoque tantæ molis maiestatem ex Summa, & breuiario auspicatur. Cæteris scientijs Logicam, isti se ipsam præmisit. Ipsa enim & docere docet, & discere; vt nemo quidpiam, nisi *Maiori Logicæ minor præmittenda.*

Philo Iud. lib. de prǽm & pænis

post ipsam speret, sine qua nec discere didicisset. Nimirũ quẽadmodum solem sine sole non cernimus, stellas nisi stellis non numeramus; ita hunc scientiarum Phosphorum in sua aurora videmus, in sua Summa vt in speculo cernimus, in quo circumfusa omnia non pauciora, etsi minora admiramur. In ipsa siquidem colligunt se obiectorum imagines, vbi dissimulata amplitudine, pueris quadã se paruitate commendant. Atque vt in vitreo illo theatro, quisque quamuis impotens monstris illudere audet, Leonum rictibus insultat, Tigrium feritati minatur; ita in hoc cõpendio & quadrante Logicæ illa Aristotelicorum voluminum terriculamenta, omnia præter magnitudinem suam monstrant.

Idque pluribus titulis.

Adeo duplum operæ suæ pretium authores Summarum metunt, qui majoris Logicæ molem

lem toties ad parerga excurrentis, in huius aluei capaces angugustias contraxerunt, impendio, inquam, & auditorum nequos perderent, & artium, ne peritent. Tyronum siquidem ingenia ampullæ sunt arcti orificij quæ superfusam pluuiam respuunt, guttatim stillantem complectuntur. Atque vt quòdque pictura illa speculi expressum sibi aduersum est, ita hoc Logicæ vtriusque distichum nescias qua antipathia par impar, ipsum cedit sibi. Vt mihi quidem videatur huius rei scopũ, & fundum attigisse, qui vtramque, id est, vnam hanc Logicam manui nostræ contulit, quam modò in pugnam cõtrahimus, modò palma explicamus. Illa enim sibi interim etiã inter discrimina constat, ibi globosa hic plana; illic digitorum quincuncem acuit, hic articulorum nodos obtundit; vtrobique eadem, non substantia, sed situ

L. Vives in Exerc

M. Cicer de finib.

disparata. Ita, inquam, in duplici hac Dialectica idem agitur, etsi aliter; in ampliori laxè, in summa concisè; ibi fusè, hic definitè; illic cum apparatu ad ostentationem, hic sine pompa ad securitatem. Quod ne quẽpiam nouitate verberet, in Salentino lacus est ad marginem plenus, qui nec exhaustis aquis minuitur, nec infusis augetur: quidni enim credamus rem nullam verborum ampullis intumescere, cùm nec res rebus augeantur?

Plin. lib. 2. nat. c. 103.

Summulas parcimonia verborum decet.

Sanè verò etsi Logicæ, hoc est loquendi scholæ, nequaquam mutæ esse expediat, Summam tamen & syllabum eius, vtpote adhuc loquentiæ cãdidatam libertatem hanc expectare magis decet, quàm exercere. Illam fas est excurrere multo sermonis axiomate ambitiosam, vtpote quæ velit & possit audiri; hæc sicca magis & sobria dictionem necessitare deffiniens, amet

quan-

quandam in loquendo frugalitatem. Nec enim omnia, sed potissima pollicetur; libamina quædam, & fastigia rerum perstringit: adeòque vt api inimica est quæ dicitur Echo, quando ex vnius voculæ repercussu chorus ille orationis exurgit; ita huic, quæ ad silentij claustra rudimentum dicendi captat, offendiculo est longa & laciniosa oratio, qua idem iteratis bombis susurrat.

Parcere sibi, certè auditori debent artium exordia, debet industria Doctorum, vt quasi inuiti ac pudibũdi difficultates rerum fateantur. Quin proiectas in longum ita abesse faciãt adolescentibus, vt nec imminere credantur; & quia dissimulari planè non possunt, sed ita demum appareant vt accedere, non irruere sentiantur. *Professores lentè festinēt in difficultatibus proponendis.*

Sic enim architectante Natura montium eminentia sensim tumet, tempus morosè lente-

scit,

scit; summa, nihil repente fit summum, & monstrum est quod ipso captu lassat accipientem. Et si non alius, certè nec cibus animæ scientia, quam intollerabile est impetu gulam mentis opprimere, vt prius fastidio sit quàm in delicijs numeretur.

Tardè ergo, & parcè propinari debet, quod insolentem auditorem difficultate non delectat; vt quasi nutans, & tentabundum an appareat, vellicatim & punctim se prodat. Nequaquam itaque Logicę tractatus statim initio vndas agere festinet, nec in argumentorum salebras impingat; quin vt Anio primùm placidus, Cataractas Tibure facit, sic leni & sinuoso serpenti similis ambitu illabatur addiscenti, quem cùm confirmauerit, tum demùm inter saxa & murices ad victoriam obluctetur. Eo amplius quod huius tori lites, logicæ te-

Ita ad auditorij ca-

læ

læ nodi ſimplici trama verborum longe accuratiùs, longèque fœliciùs & implicent ſe, & præbeant explicandas. Circumflexio illa, & veſica verborum ſopit identidem difficultates, vt tanquam in adipato corpore oſſa non appareant.

ptum docebūt

Alias etiam contracta arma, & flexui accommoda, ita pugnæ ſunt opportuna, vt ſubinde magnum impedimentum ſit magnitudo. Vnde fortiſſimi Imperatores ambitum ſuū, atque auaritiam victoriæ armorum delectu, etiam truncatione librarunt. Alexander ille Mars Græciæ, & rex caſtrorum, militibus ſuis ſemithoracas tātum teliquit: Marius haſtilibus fibulam alteram excuſſit, Cyrus autem ſuos telis omnibus præterquam gladio & ſcuto ſpoliauit; atque alij alijque laudatiſſimi ſtratagematis duces, hoc ſpecioſum præiudicium cauentes, non minus ab hoſtili-

Exemplo periſſimorum ducū.

bus

bus armis, quàm à suis timue-
runt. Neque id nequidquam:
pleráque offendas quæ delica-
to articulo peruia, pugnis irri-
tantur. Equum popismate
lenias, capram barbæ frictu
mulcebis. In Harpasa cautes
horrenda visitur digito vno
mobilis, si toto corpore impel-
latur, obsistens; vt iam intra
cuiusque fidem, prope spem,
inter experimenta venire de-
beat, tenuia hæc & inani suo
elusura aciem armaméta Logi-
corum, raritati cedere, magni-
tudini reluctari. Adeo maturè
admodùm, ac veluti ex tripo-
de Laconismum docta prior hęc
Dialectica vastitatem sequenti
reseruauit. Ipsa tanquam leuis
armaturæ miles voluit velitare,
ea industriæ fœlicitate, vt ini-
micorum cuneos, quos fusior
illa nesciuit pondere opprime
re, ipsa ausit acumine exarmare.
Scis Romulum Hæbreorum,
Saulem, atque illius faberrima
arma,

Portentoso exẽplo Naturæ. Plin. lib. 2. nat. c. 90.

Summulista leuis armatura miles. 1. Reg. 17. v. 39.

arma, quæ tamen aggressuro gigantem nonnisi reiecta contulerunt. Ita vltimò inquam longioris Logicæ ambitus, quæstionum tumultus; authorum senatus; parœmiæ, lemmata parerga, non tam arma sunt quàm apparatus; regia quidem, & superba cyclas, quæ discurrentem tamen non tam promouent quàm morantur lacinijs circumfusis implicatum.

PRO-

PROLVSIO Secunda.

De Entibus rationis.

NOn equidem auſim Diuinæ eminentiæ quidpiam annumerare, quùm vbique ſummum ſit ſolum. Neque tamen eos maieſtatis damnauerim qui Dijs parentes, his magiſtros contulerunt, ad exemplum vtique, non æqualitatẽ. Et ſi magiſtros, quideni magiſteriũ ipſum ac ſcientiæ charitatem, vt proinde illi, tanquam Numini cuipiam primitias ſuas exſoluamus, & cum opis noſtræ aliena iniuria eget, ſuo iure vtatur. Res in vicinia, etiam in præſentia eſt (AA) Logica noſtra plurium cachinnis

Quid debeamus ſciẽtijs, quibus imbuti ſumus?

nis

nis vapulat, pædagoga illa & phoſphora ſcientiarum muſtellam inueniſſe carpitur; & ad limen offendiſſe, quum protinùs præforibus academiæ ſuæ ſpectra illa & laruas ſubeunti obijcit tanquam pudibunda luminis quæ non auſit aſpici, & malit perſonam quàm vultum monſtrare. Quid quod intempeſtiuo obiectu monſtrorum reuerberet teneritudinem incipientum, quæ ad immanitatem illam trepida, deſpondebit animum, his terriculamentis retroactum. Atque hinc Philoſophię candidati rudimentum à pęnitentia ordiuntur, vt ſapientiam cæteroqui chariſſimã prius odiſſe debeant quàm auſpicari. Cumque expectent pro merito adminiculum diſcurrendi, vt Dialecticoſcipione fulci philoſophiæ ſtadium, quaſi tripudio remetiantur, ſegniori curriculo moroſi nouæ artis inuidiam priùs quàm opem expe-

Traducitur logica ob figmenta entium rationis.

Tanquam insania magisterium. periuntur. Quin quasi parum fuerit in infantia insanijsse, cùm primùm apud Logicos loquendi tyrocinium ponunt, iam non desinunt furere, sed docentur. Ita mentiendi lubentia flammas fluminibus coniugant, mõtes auro maritant, hircoceruos, & ceruo-centauros, ipsi interim illustrissima Chymæra, Aegyptia cerasa captant, corniculas in Africa venantur, Naturam noua natiuitate recudunt, Mundos in Mundo meditantur. Vbi vides planè negocium otiosi, somnia vigilantis, antelucanos fungos, cuiusuis potiùs partum quàm rationis. Vt meritò videatur Platonicus ille artibus affixisse, quod suo seculo audiuit circumferri de calicum, seu haustuum mensura; primum scilicet ad necessitatem facere, alterum ad voluptatem, vlteriorem ad insaniam. Ita enim Grammatica, quæ tyronibus primùm propinatur, necessi-

In Aegypto cerasa non nascuntur nec cornicula in Africa.

Tres haustus quo? Asclepiades apud Cal. Lib. 28 cap. 6.

cessitatem vtilitate retundit; Rhetorica modulatis numeris crispa, voluptati eloquentia blanditur; Dialectica denique tumultuosis imaginibus ebria, infamem crapulam impotenti gula eructat.

Ita illi in nos, seu serio arietant, seu ioc.ulariter proludunt; Sed impegerunt in aduersarios, & absimiles sibi; hoc est in memores sui oneris, atq.illius quod sanis artibus debent, quibus libentiùs indociles vouerent esse, quàm ingrati. Absit enim abeatque à nobis illa ianistarum feritas, qui inter discendum feriunt docentem, & argumenta profectus in magistri ictibus experiuntur. Cæterùm quod hucusque in nos iactatum est, ita me non timore vllo, nedum periculo tangit, vt ausim nouis accessionibus hostes locupletare. Illi contendunt intellectum falso hæc cudere, ego verò do etiam frustra tentare; & ludere

Refellitur calumnia

Vt retundatur augetur.

ope-


operam non minùsquàm mulum, quum aliam eniti nititur, aut si elephas velitvillis suis tãquam alis volare. Nec enim nescio Artem sine Natura inertem esse, & quantumcumque se vulgi oculis magnificè ad pompam ostendat; interim floridam magis ire quàm fructuosam. Natura, natura est illa vniuersorum alma parens, cuius nutu nascimur, cuius ira interimus; nec magis delires sine ipsa edi aliquid, quàm nasci sine natiuitate.

Portentum Hispanicorũ fontiũ. *Plin. lib 3. nat. c. 103.* *Naturæ & Artis applicatũ*

Adeo mihi videntur in hac scena etsi sicca, obijci duo illi fontes in Carinensi Hispania. vnus omnia respuens, alter omnia absorbens, vterque vtriusque huius imago, ille Artis, hic Naturæ; quoniam quùm illa nihil sibi arroget, Natura totum vendicauit. Et quis tamen intellectum, hoc est sapientiam ipsam desipere censeat, quod inte-

interim ludio ille orbis terrarum non ſolum Naturæ, ſed & Numini ipſi complex aſsiſtat, etſi nihil edens, ſed [cuncta componens]? Quotuſquiſque Aſtronomo ad inſaniam obijciat, quòd in cœleſtibus ſphæris cogitationum peniculo deſcribat circulos, acuat puncta, lineas protendat; modò circuitu in orbem actus, modò flexu in arcum, alias recta in procinctum: quod Firmamentum Aequinoctiali, ipſum Meridiano decuſſat? quod Tropicos Soli quaſi columnas Herculi fixerit, in quibus ille quamuis concitatus ſiſtat, tànquam vtrobique ſcriptum legat: Non plus vltra. Ad hæc quàm acutè Zodiacũ Aequatori ad obtuſos angulos obduxit? in quo quæ & quanta ille monſtra non locauit in Logicorum ſiue exemplum, ſiue æmulationem, Tauros, Arietes, Cancros, Scorpiones, quos in baltheo illo, & iam

Arguitur Logica Aduerſarij Mathematica obiectu



iam verè cœlo cęlauit? Quàm ingeniose axem semper immobilem sæpe mouet, vt apex illius, hoc est polus, quibusdam deprimi, alijs ita imminere, videatur vt alterum interim altiores ipsi supplantent? quæ omnia singulaque non expedit ibi esse, sed necesse est credi.

His nimirum imaginibus nititur seculi vicissitudo, annorum æquissimi quadrantes, dierum inæquales recursus, lucis dispendia, noctis interuallum. His machinis librati faberrimè planetarum orbes, rapido Firmamento concedunt, simul & occurrunt, diuersas periodos vno passu emensi, simili curriculi specie, dissimili cursus pernicitate, quos proindeipsi Astronomici iuris periti verissimè mentiuntur errare. Si ergo neque æternorum orbium immunitas ipsos his nostratum phœnomenis subduxit, neque nobilissimæ scientiæ securitas ab his

Logica sapienter figula.

com-

commentis temperauit, cur non item Logico liceat impunè figulo esse; & potiùs Nihil hoc agere quàm stare ociosum? Ita equidē existimo, doctissimorū suffragio colligendum, non ad amussim Mathematicæ, quin ad excessum vt quoniam multo plura, plurimoque maiora ab hoc Logicæ cursu pendent, proindè ipsi in litterariam rempublicam simulacris suis quadriganti laxior area, & circus maximus aperiatur.

His nimirum imaginibus vniuersa constant: quia Vniuersalia; ille *Generum* latissimus ambitus, illa *Specierum* charissima pulchritudo, singulorum in *Proprio* differentia, omnium in *Indiuiduo* compendium. Vsque adeo ludicra seria sunt; inane grauitat, & Nihil nonnihil conducit. Series illa Prædicabilium ac Prædicamētorum quæ omnia ambit, quibus constat? Entibus rationis. *Omnia entibus rationis constant.*

Natura nihil alio alius enixa, omnia simili partu in eodem pauimento effudit: at obstetrix Intellectus, Chaos illud correcturus quædam summo appendit, alia humo demisit, aliqua librauit, alia circumfudit. Vniuersale in altum extulit, Indiuiduum solo æquauit, quod tamen nescias qua liciorum commissura ita se è centro circinat, vt iam denique Genus ex ipso generetur.

Nihil omnia continet.

Ita prædicabile, & prædicamentum, quum nihil sit, omnia ambit, tanquam spacium illud extrà Orbem cogitatione diffusum, quùm omnia capere possit, minus omnibus est; & Vniuersum quod in eo sternitur nullibi iacet. Enimuero rationis inuento surgit altissimorum generum amplitudo, illa immensitas nullis mensuris contracta, illa infinitas nullis finibus definita, tanta complexio nullo complexu coërcenda,

In quibus tamen omnia adſunt quodam nihilo contenta, vtique vt Mundus imagine quadam ſpacij effuſus, vbi totus deſidet, nullibi eſt.

Sed vt miraculum hoc alio miteſcat; Numeri ſine numeris creſcunt. Vnum, duo, tria, ſi ſeorſim deſcribantur facient quem dixi ſenionem; adhibe autem cicirculos illos, quos Arithmetici tanquam cauitates, & vmbras numerorum attexunt, augebunt protinùs illum ſine additamento; ex vnitate decadem dabunt, duo decies reddent, trinitatem efferent ad triginta. Vſque adeo Nihil hoc nihil non agit, quando omnia illo colliguntur. *Numeri nihilo augentur.*

Atque hinc ego (AA) (ſi id aut patientia veſtra, aut meo munere conſtaret,) prono digreſſu ad mores excurrere poſſem, & expendere magnitudinis noſtrę paruitatē quà ſe cunque oſtendat, ſiue eam cum

Arithmeticis numerare malis, seu cum Philologis æstimare. Vtrobique enim illa fucus est; nos stulti, qui fortunam pro fœlicitate captamus. Qui tanquam vtres suo inani pleni distendimur hoc sufflamine, ac lubrico secundioris auræ, & in magnitudine nostra nonnisi tumemus.

Mundus noster magna insula. Aelian. lib.3.varia.c.18.

Adeo non videtur ineptè censuisse Sylenus ille cæteroqui absurdus, qui Asiam Africamque atque alias Mundi nostratis partes, insulas esse ait, extra hunc Orbem quærendam esse continentem. Ita enim est; res nostræ quæque fluctuãt, atque inter fundamenta sua dehiscunt, vt cauere illas potius quàm venari debeamus, & alio vota ac vela flectere, supra huius Mundi fatiscentis conuexum.

Sed iam in castra redeamus, & reddamus Logicæ famam suam, quam insolens ille Ari-

ſtarchus eſt ei depeculatus. Retundamus in authores ſua tela, & paratam inuidiam in palinodiam recudamus; Re enim vera bonaque aut me ſuſceptę profeſsionis charitas agit tranſuerſum, aut admiratione æque ac laude excipiet quiſquis aduerterit, qualis, quantus ille animæ noſtræ vterus ſit, ille Intellectus in hac architectura idolorum; quàm laxus vt capiat, quàm fœcundus vt gignat. Cui nutu vno ac nictatione, ocius quàm ad imperium veniatur ſtatim adeſt ille populus ſimulacrorum omnis notæ, omniſque ſubſellij; ſiue ſenatum conſulum intueri libeat, ſiue populi vulgus, ſiue adſtipulātem Imperatori militiam, ad oculi ictum expeditam ac expectantem quà diſpalare ſe loco iubeantur, quà miſcere turbatis ordinibus, ſinguli veluti in ſcena ludibundi mille volant, reuolantque vias pa-

Ingenij humani vigor & fœcunditas.

lam, obscurè, cunctanter, incitatè: modò in gyrum conuoluti, aliàs in alas expositi sexcentis Mæandris implicantur.

Maxima voluptatis ferax. Et verò quæ vllum beatitas supra hanc fortunare potest? quid cuipiam iucundius quàm posse apud se velut in theatro videre ritus gentium, interualla regionum, fructuum delicias, animantum feritatem; vt quum te loco, non moueris, tamen apud te extera peregrinentur? In quibus si te vlla satias singulorum momorderit, coniugare illa, & confundere possis, adoptione arborum, adulterijs animalium, temporum sibi aduersantium occursu, vt ipse simul & in præterita redire, & posteritati interesse videaris.

Vel maximè Deitatis imaginem gerit. Magno vtique argumento cognatæ diuinitatis, quæ in hominis ingenio, in arcto illo omnipotentiam suam descripsit, vt iam non homo ipse duntaxat,

taxat, sed aliquota eius Mundus dici mereatur. His ergo velitibus præludit Logica in togata militia philosophorum, ludicro stratagemate tyronum vires explorans simul & adiuuans, vt minus deinde arduitatem illam pauescant, quam sibi in imagine subiecerunt.

Vbi equidem sentio mihi obuersari animo, & ad memoriam sui instigare, quod simile olim celebrauit (si memini rectè) P. Scipio, qui ex spoliata Africa magnitudinis prædam abduxit. Imminebat ille Carthagini iam iam inuadendæ, & quanquam futura ex prioribus mensus victoriam spe præsumeret, sed reuerberabat subinde ei gestientē animum validissimorum hostium ingens telum possessio; ad hæc vallorum mœnia, fossarum rictus, altera repellendo illi prouisa, altera sorbendo. Et quid ad hæc ille? vt elideret omnia irrisit.

Stratagemma Scipionis.

irrisit. Carthaginem vastitate sua minanté in libro descripsit, erectis arcibus, circumfusis muris, portis ferro obstinatis, quùm interim in lubrico illo, & obnoxio ictibus idolo ipse cùm suis serio ludentibus circuiuit castra metatus, nunc frontem explicans, nunc cornu ei obtrudens, aliquando recta acie, aliàs cuneis inuadens, interdum etiam simulata fortissimi fuga, ne quid legitimi mendacij veræ simulationi defuisset: Eo vtique omnia, vt nemo suorum Carthaginis expeditionem detrectaret, ad quam victores processissent.

Logicis in exemplum transit. Si ergo vmbratilis hæc vrbium architectura, veræ profectibus ita sine impendio constat, vt hosticam arcem authoribus suis prius asséreret quam asseruisset, quidni nos, quorum cerebris ægidata Pallas prodire debet, magnum munimentum in his machinis repo-

namus, quid ni, inquam, iterũ iterumq; hic exercitus imaginum in vsu, figula ipsa simulacrorum Logica in pretio esse debeat, quo optandum, etiam enitendum nobis multo opere sit, vt in comitij nostri aditu, in propylæo academiæ, confirmandis militibus, ominandis victorijs explicetur? Theodatus Ghotorum rex elephantes ex ære via sacra ad naturalem bestiæ magnitudinem extantes, qui ruinam minabantur, instaurauit, quod Pop. Romani conduceret animorum seruandæ generositati, si pueri moles illas intuerētur per quas maiores eorum ad gloriam profecissent. Et quæ Nemesis nos vltro fascinat, ne frontem illam & principem partem philosophiæ rationalis sartam tectamque velimus, per quam & intelligere cœpimus, & intelligi? Vt sinamus vetustatem contra eam valere, cui scien-

Stimuli exēplorum.

Cranzer lib. 5. Suec. c. 23.

tiæ æternitas incumbit.

Abstractione rationis res à morte vindicantur.

Hac enim antidoto, tali abstractionum anotomia defæcatæ rerum naturæ, securæ periculi extra fortunæ ictum locantur, & velut hydra capitibus trunca, iactura in vsuram redundante inter assiduas singulorum mortes seruat vniuersi immortalitatem, Multo molimine authoris, acri iudicio artis, quæ inuentionis àcie prouidit Naturæ tanquam faci se depascenti, vt magnum aliquid præ multis haberet, & experiretur sibi partium aliquas decidere, sed nihil totius perire.

Quanti facienda hac acies intellectus.

O verè entia ratione! O fœcunditatem omni mortalitate emendam, quum faber idolorũ intellectus rerum intellechias, vnco rationis fati faucibus auulsit. Quum didascula illa philosophiæ, rudimentum seriarum artium in ludicro ità tentauit, vt siue voluptati ad luxum studeamus; siue virtuti ad frugem

gem, in his interim plenum spei tyrocinium ponamus, ludibundi ipsi, & stratagemate suo sapientiam captantes, quæ dissidentium formarum commissura, *ludit in orbe terrarum cuncta componens.* Prouer. 8. versu 30.

DIXI,

PROLVSIO Tertia.

De Vniuersalibus Porphyrij.

QVousque eadem? (inquies Auditorium meum:) quandiu de his opusculis rationis sine ipsa dicendum? qua denique tenus vnus multorum auditu abutetur, rem ludicram & minoris scenæ fabulam toties intrudens huic theatro, vocibus Nihil significantibus occupato?

Fateor pro fastidientium palato prodigè, pro rei dignitate concise. At enim non exijs ego qui rudimenta rerum, & carentia tragædijs artium initia dimittunt, non expectata

industriæ laude è rebus procul à pompa subductis. Scio in scientiarum, vt in ædium archi-tectura eminentia ostendi; spectari fastigia, latere fundamenta. Sed hoc ij expenderint quorum opera tanquam Sybillæ folia popularis auræ sibilum aucupantur: qui in sanctissima prouincia docendi non adolescentiæ profectum, sed vulgi plausum captant. Nos verò votis meliores quàm euentu; conatibus relligiosi, etsi successibus inglorij, si neque bonis artibus grati satis esse possumus, neque reip. nimis vtiles, dabitis veniam, vt irritandæ ad discendum adolescentiæ pergamus Logicorum imagines in Porphyrij speculo, saltem admirando explicare.

Scientiarum professio similis architectonica.

Quintil. lib. 1. proœm.

Certè enim illo nomine, nostra admiratione dignus est illius, (etiam cuiusque) intellectus, in quo tanquam in vitrea machina, rerum icones faberrimè

Entia rationis velut in speculo apparẽt

mè effictæ tamdiu durant, quam videntur; quando hæc rationalium entium simulacra cogitando fiunt, & fabricando cogitantur. Verum quidem est phantasiæ nostræ theatrum, etiam oculi ipsius tabulam his coloribus imbui, vt iam imagines rerum habeamus ante Imaginatiuam. Sed aliud est singula exprimere, aliud Vniuersa; aliud oculo illudere, altius est intelligentiæ pruritum fibris rerum, & intestinorum ferculis satiare.

Discrimen naturæ & artis in hominis expressione.

Artefactus homo, quamuis accurato penicula expressus, colorem sine cute habet; cerebri ne locum quidem, tanquã qui placere potius amet quam amari. At verò Natura solido operi incumbens, viua matheſi circumferentiã ex centro molita cor primò disponit, vltimo cutem ac colores. Parrhasij illius, Græcæ eloquentiæ tubis operosè buccinati nobilissimum

Plin. lib. 35. c. 10.

opus.

opus fuit Hyplites in certamine ita ferius vt fudare crederetur. Vfque adeò vero abeft hæc venuftas, vt præftantiffimum in fucceffu artis. fit quàm fœliciſsimè mentiri. At verò intellectus obiecta fua nequaquã (quod aiunt) populari trutina, fed aurificis ftatera librans, fuis quodque momentis, grandia mole, tenuia inani, trunca defectu; nouitate rara, fpirantia motu, fœcunda partu, fpacio locum, forma fpeciem, materiam vtero, totum integritate definit. *Pictura Hyplitis pane fpirans*

Atque vt pandectæ legum, odij & inuidiarum fecuræ; pœnarum talione non perfonas, fed culpam perftringunt; ita ratio tum demum errorem omnem & periculum profligabit, fi nequaquam indiuiduos vultus attendat, fed vniuerforum ideas, quæ ita fingulos arcent, vt omnes complectantur. *Scientia legibus fimiles.*

Certè autem fundus ipfe Phi-

Philosophiæ, & quasi proprium pegma est vniuersalium rerum abstractio, quùm Logicæ anotomia incisæ, & inuolucris accidentium defecatæ veniunt in aspectum, dignæ quę videantur. Detrahenda est rebus hæc pompa vestimentorum, nequando intellectum illa muta eloquentia quasi Veneris epistola iudicem corrumpat. Quod quondam euenisse traditum, cùm Hyperides speciosæ illi Phrynæ pro rostris aduocaret; qui fatiscente tandem & succumbente oneri eloquentia, tum denique cliẽtem periculo exemit, quùm retroacto peplo quasi sipario theatri sublato suspensis arbitris, omnique auditorio formosum reæ vultum approbauit.

Pulchritudo iudicem corrumpit

Plutarc. in vit. Rhet.

Næ autem illi sine iudicio iudicarunt. Næ accusatoribus huc prouocandum erat vbi omnia suo peculio constant, & æstimantur eo potius quod sunt, quàm quod sibi circumfuderũt.

Adeo detrahenda est vt sententia feratur.

De-

Demus id insaniæ procorum, vt amasiarum cultu quasi veneficijs capti, furiant ad supellectilem & ornatum, nec vxorem, sed dotem ducant. Voluptatis aucupes merces oblectamento metiantur; at vero qui rerum conscientiam ex fide captant, nihil ita optare debent ac ista arcere. Physicorum calculis approbatum est, summam aëris regionem pari pace frui; non ibi fulminum bombos clágere, non Cometarum faces stridere, sudam ipsam, & serenam imbrium procellas & ventorum sibilos ne fama quidem sentire; cum interim depressior hæc & citima nobis portio dissidentium elementorum assiduis iniurijs strepat. Ita vtique est, si Mundum ex reliquo dodrante metiaris, depreheudes vniuersales rerum imagines tanquam Naturæ fastigium immunes tumultuum, eminentia sua vexationes redemisse, vt non se- so-

Sapientis intellectus velut suprema aëris regio.

ſolum, ſed & ſpectatores in malacia cogitationum; & chariſſima tranquillitate locauerint.

Plato apud Porphir 3. Iſag.

De ſingularibus nihil certum ſtatuere quis audeat

Caueant ſingulorum æſtimatores; ne inter tot turbas definitum quid & fixum auſint, deijs pronunciare, quæ in æterna lucta ac ſtatione poſita, nihil certi, niſi periculum poſſunt ſpondere. Eat nunc hiſtoricus manes ab inferis citare, atque ipſorum facinora ante ipſos mortua immortalibus chartis incidat; dummodo ſciat ſe circulos tantùm exhibere, quos in eorum vita fortunę rota deſcripſit. Pergat aſſentatrix eloquentia oratorum florea & ſucculenta dictione Mæcenatum ſuorum fœlicitatem in æterno vere locare, dum nouerit, non ſolum amænitatibus ſuis autumnum imminere, ſed & Serenitatem principum quamuis in æſtate illa tarde occidentem, ſed denique mortis veſpere, & bruma aduerſitatis deuorandam.

Au-

Audeat Cosmagraphus sicco vestigio per Orbem me circumferre, quà vrbes, quà prouincias promittere; isthmos aperire, terras fretis disparare, ripas pontibus committere, & velut adstrictum sibi sacramento Neptunum, periculosa securitate lacescere, ita tamen vt rebus ac locis ipsis, hoc est optimis testibus credat, ciuitatum voragines, montium ruinas; Hesperiæ Siciliam, Cyprum Syrię auulsam, Chimæram in Phaselidem, Vesæuum in Campaniam sæuire ructu ignium, & in ijsdem aquis nasci insulas ac sorberi. Quo mihi iam tabulæ tot insomnijs vigilatæ, si cùm hęc coràm ipse contemplor, aut volo saltem admirari, video tantum fuisse?

Ruina terrarum Cosmographos in errorem trudit.

Hanc scilicet operæ suæ iacturam pro precio adsciscunt qui singularium coagulum meditantur hoc luto densatum, læuissimo ictu atque iniuria incineres

Singulorum notitia erroribus obnoxia

neres suos resoluendum. Vniuersale, Vniuersale est intellectui nostro par obiectum, in quo velut in Firmamento cæli æternæ imagines legantur, nullis spongijs abolendæ. Subet est, quod detracta cortice iuuatur; quoniam quum redimicula & lacinias singularitatum exuit, illius instar aquarum tumores supplantat, montium eminentiam euadit, totum illum tractum excedit qua patibilis materia contrariorum vicinia pulsatur. Aes est quod in massa mergitur, dilatatum fluitat; quoniam in puritatis suæ bracteas tenuatum, tempestates quaquà versùm calcat, pluuiarũ hiemes sibilat, igniũ æstates ridet nequidquam sibi minantes, tanquã ferrũ in manes vibretur.

Vniuersale instar suberis.

Aeris.

Atque (vt intro denique ipsum aspiciamus quoniam rimari cœpimus) Syren & Scylla biformis non absurdè censeatur dissidentium rerum commissura

Syrenis

ra

ra integrum, rebus ſcilicet ac ratione, hac impaſsibile, mortem ex materia timens, prorſus vt ipſe homo immortali anima conſtat, moribundis membris. Ita etenim Vniuerſale, rerum corpore, & quaſi trunco conſiſtit, cerebro Intentionis. Res illius pubes ſunt, Ratio cacumen, quæ quàm ingenioſè in hoc Coloſſo faſtigium ſibi vindicauit velut in capite coma.

Et ecce me opportunè eò deductum, vnde huius argumenti ampliſsimum ſimulacrũ eruamus. Scitis enim Gradiuum illum & arietem Hæbreorum Sampſona, cuius vis omnis in capillis, tanquam cornibus, eminebat; pugnabat manibus, vincebat pilis, vſque dum eum in domeſticis caſtris nouaculę acies periculoſiùs quã Phryxæam ouem aureo vellere exarmauit. Sic nimirum tota illa turba indiuiduorum, illa corporis vaſtitas in vniuerſali, tan-

Iudic. cap. 16.

Coma ſeu Capillitij.

Rauiſi-cis.

tauqnam capite truncatur. Sic ſyluica abies, cuius vmbra ipſa feralis circumfuſos verberat, ad interitum non ſuccidi debet, ſed tonderi. In cæſarie cacuminum vitam amittit, etſi nec rimam agat; magno comæ priuilegio, conceſſu, dignitate, quæ & totas trunci vires, & ſupremum corporis locum occupat, velut capitis caput Sic ſic, inquã, iterum iterumq. vniuerſa in Vniuerſali feriuntur, veluti in centro vbi vix quidpiam deprehendi poteſt, ſimul cæditur ſylua illa radiorum, quæ circumferentiam impleuerunt.

Vniuerſalis encomia à doctoribus celebrata.

Hinc illa ſummatum philoſophorum pluuia laudum & procella hanc Vniuerſalis apicem & Naturæ rerum Colophonem, velut amaranthum æternitati commendarunt. Ariſtoteles homo ſuper hominem acutus, ipſum beatitudinis obiectum appellauit: Plato Naturæ medullam; Auguſtinus ſapientiæ di-

tiſſi-

tissimam possessionem. Hic Anaxagoras tot Mundorum faber, ab infami mẽdacio doctorũ calculis absolueretur: vt mihi cũ Augusti vices mecum ipse reuoluo; videatur ab expeditione sua reuocandus huc Alexander & in Porphyrij scholam cõpingendus. Cæsar enim, relata ei magnitudine alieni æris, quantum recens defunctus Romanus eques laborauit, culcitram eius cubicularem emi fecit, si fortè ibi, demortui exemplo disceret inter totcuras dormire. Quorsum ergo gula Alexandri nouorum Orbium sitibunda, nisi in Porphyrij lectum magnis itineribus properaret, vbi Cynicam illam & infamem famem Vniuersorum crapula saturaret?

Iocus Cæsaris

Macrob Saturn. lib. 2.

Iocus in Alex. M

Ita etenim hic Vniuersum in Vniuersa ebullit, definito specierum numero, innumera singulorum fœcunditate. Quẽ quinternionem, (nec enim por-

ro abundat,) pronum mihi esset scholasticis argumentis asserere, nisi interim castris excessisse, & (quod aiunt) extra chorum saltasse notarer. Quia ergo hic non conamur ad victoriam, sed velitamus ad pompam, proinde illa scholarum acumina moralium rationum adoptione hebetabo.

Quinternio Vniuersalium omnia complectitur quomodo?

Certè autem Porphyrius omnia modis omnibus emensus, in illa prædicabilium paucitate, scrupulosè & clanculum velut aliud agens, in scenam induxit omnia quæ homines votis omnibus insequuntur; quibus quicunque aut possidendis inhiant, aut ereptis dolent, aut formidant auferendis. Totum siquidem illud aut originis est nobilitas, & ecce *Genus*; aut formæ dignitas, ecce *Speciem*; aut opum peculium, vides *Proprium*; aut honorum discrimina; habes *Differentiam*; aut denique ministeria famulorum, qui

qui quàm ſint *Accidentia* ſatis ante me aperuit centurio; nimirum ſimul ac excipiunt *vade, veni*, ſubitò accedere & recedere nouerunt. *Matth. 8 v. 9.*

Vbi quis, obſecro, non obſtupeſcat ingenioſam & verſatilem authoris induſtriam, quã opportunè importuna hic miſcuit? qua diligentia negligentiã ſimulauit eorum obiectorum quorum memoria ſcopi ſui videri poſſet oblitus? Ita alius cenſuiſſet: Ego vero aut in errorem indulgentia animi abducor, aut prouectæ ſapientiæ eſt noſſe hæc de ſe prædicare. Tot in his perperam gloriati, iudicio ſuo, non modò modeſtiæ præiudicarunt. Phaëton periculoſè genus ſuum iactauit; Domitianus abſurdè ſpeciem; Seianus fortunis abuſus eſt; quæ tamen ingenioſè admodum occulendo aperirent, ſi ea potius tacitè ſibi conſcire, quàm intemperãter vulgare ſtuduiſſent.

Porphyrij dexteritas in enumeratione prædic.

Ouid. 2. Met. Sueton. in Dom.

Ita non mediocris, est iudicij desesentiam etiam in mediocribus ferre, quorum aliqua falsò, plura stultè, alia temerè, omnia superbè iactantur.

Stultū iactare genui speciem &c.

Nam, vt singula percurramus, quid insaniæ propius esse potest, quàm aliena exponere, seu, quod idem est, ostendere, quæ non habes; ? id verò erit proauorum se titulis celebrare, qui si tibi sua possent illinere, non equidem abnuo, quin in cunis canus maiorum senio censearis. Quod qui prudenter abnuet, impudenter certè speciem iactabit, quoniam ipsa etiam sanguis est, quanquam sanitate potiùs quàm vetustate laudatus. Sed, vt illi quoque suum theta affigamus, nemo nisi insipiendo formam suam efferet, quam cæteris potius quàm sibi præfert, alieni oblectamenti vector.

Quid iam de honorum differentijs, fortunæ lubrico, famu-

lorum

lorum appendicibus attexam; niſi quemque in cliuo dignitatis ruinam ſuam ſcandere, & inuidię ſcopum explicare, quę altitudinem vbique impetit, vt fulmina montes. Atque, vt poſtrema illa ictu quodam expediam, in vtroque illo nihil niſi pericula tua iactabis: Serui dominus es, imò conſeruus; times ſi timeris, quomodo etiam quàm maximè fortunis à Fortuna eſt cauendum.

O ergo abſolutum & dignum miraculo opus; addiſcendum Logicis, exercendum Ethicis, Oratori declamandum. O dignam æternitate mentem dicã, an manum, quæ hunc quincuncem ſeuit, quem vndecunque aſpicias, rectum videbis. Equidem exiſtimo (AA) authorem noſtrum encyclopędiam quandam Matheſis eſſe meditatum, atque in paucis his non modò Pytagoræ litteram, ſed Pyramidem ſtatuiſſe, forma

Iſagoges Porphyrij abſoluta perfectio.

non vltra ordinem, situ supra admirationem. Enimuero siue memoriæ Memphiticas pyramides obijcias, siue aspectui nostrates, vtrobiq. videbis quod fusius est fundi, aciem planicie subleuari; basin latissimam esse, quod inane est appendi, imitante arte naturam, cuius ductu grauia vbique sidunt, tenuia superferuntur; montes in alto verticales, subtus explicantur. Hic autem histeron proteron videbis, angustias in imo, basim in alto; suspendi latiora, tenuia substerni. Genus siquidem, quod omnibus imminet, omnibus maius est, & ambit sinu suo cætera, quæ ab illo decidua, imminuta illa communitate, suo quæque ordine à Genere degenerarunt. Succedit Species non magnitudine potius quàm loco, atque ita sequentibus stringitur gradatim minus minusque hic scalenus, vsque dum denique fundamento suo fasti-

Videtur Pyramidis figura constare.

faſtigiatus, Indiuidui apice infra ſe cuſpidauit.

Ecce ergo Lycæum Ariſtotelis Porphyrio architectante nemoroſa porticu, tanquam Academia circumfuſum. En (quod quiſpiam inquit,) dimidium toto maius, hoc eſt, decadem Ariſtotelis Porphyrij quinternione concluſam. Quam ingenioſè ibi multitudo ſe miſcet, prima vltimis, media vtriſque, peculium communibus, ſingula vniuerſis ad faſtum vſq; & admirationem? Quàm multa dixit ille non multis, imò omnia multoties? Vniuerſum enim omnia exhibet, ſed ille Vniuerſalia multiplicauit faberrimo artificio breuitatis. Paruis enim magni aliquid ineſt, & ingentis eſt artis in arcto ſe explicare. Callicrates & Myrmecides ad induſtriæ ſuæ oſtentationem non elegerunt, ſed abiecerunt materiam, currum moliti, qui cum omni apparatu mu-

Pittac. apud Laert.

Compēdij laudes & fructus.

Idem aduerſus ſtoicos.

muscæ alis operiretur. Alexander Iliadem Homeri ditissimo scrinio inclusit; sed illi admirandi, qui totam in sesamo insculpserunt.

Et verò sicubi compendium preciū habet, in oratione, didascala quā maxime desideratur. Aptè illam nummis conferas, è quibus ille charissimus est, qui multum precij adfert in parua mole. Denique summum in scientijs, & quasi ars artis est se ipsam continere, vt nisi ad rem non effluat, & scopum vbique sequi, ac non circumuenire videatur. Atque vt in cælesti regione vasti orbes tardius voluuntur, cùm interim contractiores sphęræ festinata vertigine curriculum suum toties absoluerunt, haud vtique disparatè in scholis circuitus verborum, & prosopopeiæ, maturitatem profectus findunt insititijs moris.

Sane verò videtur in vtroque

hoc

hoc Lycęi pædagogo redintegrata pugna Protogenis atq; Apellis, quorum quiſque ad vſuram laudis ſubtilitate operis graſſabatur. Duxit ergo prior lineam teretem admodum, & in ſe vndique coëuntem, ſed eam Apelles interſecuit. Ita decuriā Ariſtotelis, rerum amplitudini pęnè anguſtam Porphyrius mediam incedens, & paucioribus abſoluens, non reliquit locum tenuitati.

Certamen Protogenis & Appellis pictorum.

AVDIVISTIS.

PROLVSIO Quarta.

In Aristotelis Prædicamenta.

EQuidem quum mecum ipſe voluerem hanc (ita dicam) Naturæ naturã, quæ res quaſque in huius Orbis arenam, mutuo odio armatas introducit, neſciui admirationem niſi admirando ſaturare. Sic ſibi imminent omnia, & minantur, quanquam tot nominibus fœderata, in eadem Terræ patria, ſub eiuſdem cæli tecto. Tempora temporibus certant, aduerſa elementa confligunt, terræ tremunt, mare fluctuat, venti in alterutrum bellant: ſecum ſingula; nobis omnia, veluti ſacramento & ſti-

Omnia noſtratis Mũdi inuicem pugnant. Vide Petrarch. lib. 2. de Rem.

& ſtipendijs irritata. In cæleſti autem, vnde Mundus noſter initium turbarum accipit, & exemplum, aſtra aſtris incurrunt, planetæ Aplani obluctantur, & contra cliuum conati malunt ſua ſponte errare, quàm aliena duci.

Hoc cæli claſsicũ quid niſi tragica temporũ ſcena ſequeretur? Ver, æſtas, autumnus, hiems, illa anni quadriga ſuccidaneis ortubus inuicem ſe occidunt: æſtas veris amænitatem metit, hiems autumni fœcunditatem; aurora diluculum, veſper meridiem vorat. Atque vt idipſum amplioribus notis clarius legamus; ætates hominis, quarum iſthæc breuiaria, & quadrantes quidam ſunt, ſic vtique alternis deſinunt; adoleſcentia pueritiam præcipitat, ſenium adoleſcentiæ inſidiatur, decrepita vtrique, mors omnibus.

Temporum ſtationes

Hominis ætas.

Ad alia ſi porro eamus, ſiue

Elementa.

elementa, siue animalia, quæ non ibi diuortia, bella aspera horrere magis quàm mirari iuuabit? Mare quo turbine verritur, quam vndis insanit? semper idem, semper aliud, vt omnia absint, sibi minatur. Ipsum quod dicimus *Inane*, his tumultibus plenum non alio minus excandescit. Quot ibi Cometarum virgatæ faces? qui fulminum incõditi canores, quà bombo, quà crepitu bellis proludunt? In feris, in auibus, leo lupum, lupus canem, canis leporem insectatur. Accipiter miluo, miluus lepori, omnes Cuculo imminent, vt mittam maiores, in quibus etiam placidis seminarium bellorum Natura ipsa deposuit, armatas enixa. Id enim Bubaloirum falcata cornua, vrsorum imbricati vngues, Rhinocerots cuspidatus stilus, Histricum lancinantes villi, serpentis sibili, Basilisci fascinus fatentur; & mi-

Animā-tia.

nu-

nutriſſima animalcula', quæ tot nobis illecebris blandiuntur ſplenem ſuam laceſſita depromunt.

Quæ ego idcirco in hunc togatum conſeſſum induxi, vt oſtenderem eum, qui rerum numerum, Naturæ familiam in claſſes & tribus diſpertit, nō aliud quàm caſtrorum aciem ordinare. Id autem, ni erro, Ariſtoteles eſt conatus, &, ſi quid ſcio, aſſequutus. Tam delicata acu peplum hoc bicoloribus implicauit; cataphractos togis prætexuit, & Palladis myſtas confudit Bellonæ candidatis. Vbique interim diſsimulans ſe ſimulare, inertiam arte mentitus, vt quùm maxima fecerit, plus ſit videri nō feciſſe. Inter Lycæi vmbras ad puluerē & ſolem te ſiſtit: In campo Martis tabernaculum ſtudiorū collocauit, vt cum puteris in theoria proficere, ad praxin incautus exercearis. Summa *Diuiſiones quaſi caſtrorum diſpoſitio.*

plus docet quam dicit, logicus Archimedes: atque vt olim elementarijs pupis litterarum nomina lusorijs calculis cælabantur, ita ille omnem belli apparatum, totos acierum concursus, cornua, alas, tyronibus inter rudimenta propinauit.

Aristotiles in Prædicamentis castrorũ aciẽ ordinauit.

Id ego hic assero, & tum denique vobis (sic spes,) approbabo, quum omnia emensus ostendero eum in hoc decalogo necessitate res librasse, numerasse ordine, nominasse proprietate: Atque vt ordiar aliquando, an non militiæ primùm prouidenda est sumptuum *Substantia*,

Substantia.

cuius opus, atque vsum quum nemo nesciat, nemo scit prædicare? Fundamentum quis dixerit? non expediuit rem ibi, sed incepit. Robur esse inquiat, armorum atque arcuum neruum? addidit aliquid, sed & præterlapsus est addendum. Centrũ & cor belli censeat?] Censeat vtiq. & sapiet magis magisq. quanto

gra-

grauiori trutina id expenderit quo omnia æstimantur. Illi tacticæ cogitationis primitias Christus in simili recensu assignans hanc Aristotelis methodum, substantiæ principatum oraculo confirmauit. Sed ne castra nostræ humanitatis excedamus, M. Crassus, ille catulus Bellonæ, & Suadæ medulla negauit eõ diuitem dici debeere, cuius *substantia* exercitũ alere non suffecisset. Ita vterque hic cum Aristotele tripudiauit, alter opes bello, alter bellum opibus definiuit. P. Aemilius in castris rostratus ab illo tripode pronunciauit de Philippo] Macedonũ Gradiuo, non ab ipso, sed illius auro vrbis Græciæ captas. Hæc belli balista & catapulta, hic aries, faciliùs, ac fœliciùs hostes expugnabit quũ Amaltheæ instar copiam potius, quàm cornu in inimicos vibrauit. Hæc huius vnci esca, hæc bellandi illece-

Plut. in Crass.

Idem in Aemilio

bra

bra omnes in arenam educit, militem æque ac Imperatorem: vterque mercenarius est, alter æreis aliquot, alter prouincijs conductus. Ipsa ipsa fomes est, quo flamma concipitur, hoc est ira in inimicos, à quibus nihil læsus miles, alterius munificentia irritatur. Aureum seculum ferreum facit, ineque alia arx fortius concutitur, quam quæ lanceis argenteis verberatur.

Hæc ergo primo magis quum summè quærenda est, non sui causa, sed copiarum, quibus illa aceruanda est vt erogentur. Harum *Quantitas* in substantia illa cogitanda est tanquam in instrumento opus: Quia enim reges bella gerunt, quorum maximus quisque, vnus tamen est, vt multis pares sint, per milites sunt Briarei. Illi scilicet eius corporis membra sunt, cui Rex est caput decumanis membris monstrosus. Nempe vbi se exercitus ad mo-

Quantitas.

lem

lem & immanitatem aliquam centuriauit, eminus vibrata formidine in inimicos velut ſtridente per interuallum ſagitta ante pugnam pugnabit. Nouit id Seſoſtes Aegypti rex, qui deſuetam ſeruituti Arabiam ſubacturus, peditibus ſolis ſexcenta millia collegit, velut numero ipſo militum, ac non viribus tantùm victurus. Adderem illi Zoroaſtrem adderē Artaxerxem, niſi omnibus vmbram faceret, & velut minoribus aſtris eclipſim Xerxis exercitus, qui in tranſcurſu vno Scamandrum imprimis ebibit, tū Azen, & Mallana abſorbuit Herod. lib. 7.

----*& pontum ſub ponte dedit.*

quem ipſe ſeptem continuis diebus eorumq; noctibus, nulla moræ ſincopa tranſiuit. Habuit is ſiquidem expeditione illa, quam debellata Aegypto contra Græcos parauit, centum ſeptuaginta myriades ſcilicet de- Sidon. Apoll. panag. 9 ad Iul. Valer.

decies septies centena militum millia, quæ quidem nos mirari magis quàm credere possumus, sed ille non frustra comparauit, quando etiam caput charissimę Deo plebis ex eadem Aegypto redux, in Palestinæ regulos agmen duxit millies mille & centum quinquaginta millium. Hoc ille, quis scitis? nempè ille dux, cuius passæ in cælum manus, & sacrificio vespertino deuotæ repugnantes nihilominus expugnauerunt. Et quo ei illa conscriptorum quantitas, vt esset quispiam, cui *Qualitas* insideret. Admittenda illa est, hæc etiam optanda, vt magnitudini pretium faciat, quæ sicubi hanc desiderauerit, pondus non vires habebit.

Qualitas.

Nempe vt in ædium fabrica materia inprimis paranda est compactilis & solida, quæ seniū sustinere possit, ita militum corpora deligenda sunt robore non specie; atque agendum vt

suffi-

sufficiant potiùs quàm abundent. Quo mihi Colossi ampullantibus buccis, decumano collo, & crispante nare, quorũ aruina hebetauit ossium acrimoniam, si denique non viribus, sed vastitate tument? Ignaui, indocti, etiam indociles, ac tantum multitudo, in quorum proinde auido censu ac inquisitu nihil nisi hostibus prædã congessi. Scopum ictibus dedi qui, vt vt inepti, in circumfusis simulacris nesciunt irriti esse; adeo quantitatem sine qualitate congerere, est cadauera cumulare. Prodiderunt id Aegyprij dum Scarabęum bellitesseram esse voluerunt, animal verè masculum, quum in toto genere fœmina non gignatur. Horum lustrum esse par est, qui neque timent, sed timeantur; neque ament rubiginem & vaginam, sed acuant se & præbeãt acuendos. Elephantini & taurei, quos cruor ad pugnam irri-

Scarabaeus militiæ tessera.

irritet; qui là strage stragibus non moueantur, quin omine ex animo concepto, bellum naribus spirent, victoriam spe ordiãtur. Hos tu milites dixeris, ego viros appellabo, quoniam plumeos ac pexos Ganymedes eo nomine, munere, sexu dignari, est ipsis periculũ, castris iniuriam moliri. Risit olim huius farinæ milites Cornificius, & piperata sanna galeatos lepores appellauit; ita expeditè Mercurium pedibes gerunt, quasi victoriam domi dimisissent, quam curriculo pergerent repetitum. His satis indulgebitur, si videant castra, non augeant, quibus si irrepserint, continuo à classe, tanquam maris cadauera despumentur communi cæterorum repulsa, veluti degeneres fuci armatarum apum stilis lancinentur. Ita equidem existimo copiarũ meditandum esse delectum; & si militum, quanto ampliùs Im-

Sanna cornifici.

pe-

peratoris, quo totius compendio, exercitus velut fastigio acuetur? Laudatè olim Chabrias, malle se ouium agmen, leone auspice, prędicauit, quàm leonum qui ab agniculo, aut oue ducerentur. Vtiliter ille, sed exactiùs Cæsar, non bestię feritatem, non horridum rictus, aut immane tori, sed trãquillam prouidentiam, & cautelam, sed mentem & cõsiliũ in magistratu, hoc est caput in capite desiderauit. Quanquam id quisque etiam ipsius Naturæ magisterio docetur, quoniam illa corporis nostri compagem architectata, non armos, non manus, aut brachia, sed oculos in capite collocauit, innuens vtique armatæ reip: principem consilio non viribus laxandum. In succidanea multitudine, tanquam in corpore, enitendum vt plùs agere posimus quàm pati, dummodo à vertice illo ac cælò

lumen saltem mutuemus.

Alexãder quo maximè magnus. Certè Alexander non ossibus, sed consilio Magnus fuit, inuentionis acumine, stratagematum fœlicitate; cæteroqui suo nomine minor, præsentia famam mordebat. Interim sine mole magnus, suum illum victorem Asiæ exercitum ita vnus animauit, vt ipso per inuidiam extincto, confestim ille palare ac palpitare visus, Alexandro acephalus, experiretur se in illo expirasse. Atque hinc (existimo) Martia illa Amazon Hæbreorum Iuditha, barbarorum instructissimum exercitum aggressa, tot victorijs insolentem, aptissimum ictui locum in duce destinauit, cuius iugulum inuadens, & corpore abscerpens, non tam Imperatorem Asſyriorum, quàm exercitum capite truncauit. *Stratagema.* Iudithæ 3.c.13.

Ita vbique munerum ac locorum Quantitas admittenda saltem est, Qualitas etiam

am-

ambienda. Illa vagina eſt, hæc ferrum, quod ad illius tutelam explicatur. Atque vt gemmæ non pondere, ſed pretio charæ ſunt, ita denique quantitas ipſa qualitate æſtimanda eſt; quorũ vtrumque quum congeſſeris ſupereſt tum copijs in procinctu poſitis aciem ordinare: & fiet, ſi *Relationem* caſtris inferamus.

Nempe hæc exercitus cuiuſque tanquam magni corporis inuiſibilis ſpiritus, viſibilis ſpecies cum ornatu vires habet. Vides ferreos circos catenarũ, ſine nexu circuli tantùm ſunt; nihil ſtringere valent niſi intercedentibus vncis mordeant ſe inuicem, & complectantur: neque tu amplius à copijs expectes, in quibus numerum tantùm habes, non diſciplinam. Alibi iucundus ordo eſt, in acie neceſſarius, vbi quamuis præcipitet ſe, & miſceat omnia Mars, ſed interim amat Venerem

Relationis prædicamẽtum quid militiæ agat?

rem hanc & venustatem, vt nō velit nisi vincendos turbari. Præ omnibus ergo de castrorū ordine est statuendum, vt in fronte exercitus leuis armatura educatur, Hastati proximi, Triarij postremi: vt cohors Tribunum audiat, turma Decurionem, legio Consulem, omnes Imperatorem. Iste exemplo magis, quàm legibus milites regat: Illi vitæ prodigi, non sibi timeant, sed Imperatori: ita vicissitudine officiorum alter alterum complexus se ipso fortior bellabit. His artibus exercitus, verius quàm mole pugnat, vt & ensis obiecta sibi, acie magis quàm materia percellit. His celebratissimus Epyrota Pyrrhus peritissimi ducis titulum & sententiam ab Hannibale obtinuit, præiudicio ferentis iam penè deuinctam. Hoc denique relationum stratagemate Luctatius Catulus Pop. Romani fatiscentem gloriam

Dispositio aciei.

riam

riam bello Cymbrico integrauit: qui cùm ſuorum fugam, inhibere non poſſet, ad primos ordines celerrimè ſe conuertit, vbi quùm præ omnibus curreret, Romani milites non hoſtẽ fugere, ſed ducem ſequi videbantur. Neque verò ordo tantũ, aut apparatus belli relationi debetur, ipſum ab illa bellatur. Similitudo pugnat diſſimilitudini, paternitas arcet filiationem, conſtantia viciſſitudinem fugat, diſtantia propinquitatem. Quibus vtique ita innata ſimultas eſt, tam pertinax ira, vt nulla principum, id eſt, cæterorum Generum legatione, nulla Oratorum facundia poſſint componi. Ad hæc? bellorum ſpecies, cauſæ, ſemina, vnde niſi à collationibus orianda? Illum aliena eminentiæ inuidia altitudini illi opponit: Huic ſuperbia ſuadet nunquam ſatis inferiorũ humilitatem calcari. Siue Cæſar ſuperiorem concoquere poſſet

Nobile ſtratagema ducis Romani.

Plut. in Apopl.

Pugna Relationum eſt

Item causa & fomes ipſius.

ſet, ſiue Pompeius parem, nequaquam tam ingentis imperij aleam in Theſſalico fundo ieciſſent. Sed libido dominationis, & impatientia conſortis pares aquilas diuortio ſcidit, ſecurem in ſuos faſces vibrauit. Ita quæque ſolitudine pacata, comparationibus tumultuantur. Iam verò diſcrimina bellorum nonne ab eadem ſtirpe ducenda, quæ quum *æquiparantiam* relationum edidit, Ciuile bellũ gerit, quum *diſquiparantiam* Hoſtile? Adeo cognomina mihi videntur, *Propoſitio*, *Oppoſitio*, quæ nunquam magis ardet, quàm vbi aduerſæ acies armis ſimul & animis concurrerunt. Quibus ſi vtrinque confligitur, *Contrarietas* eſt, tanquam vniuerſitatum concurſus; ſi alterutrìm tantum, *Contradictio*; ſi duellum eſt & ſingulare certamen, habes in campo *Subcontraria*: ſi vnitas multitudini concurrit, *Subalterna*. Vt

Etiam diſcrimina bellorũ

mihi

mihi vtroſque conflictus metienti videantur ſiue milites in Lycæo congreſſi, ſiuè Logici in caſtris ſtuduiſſe.

Sed iam denique hora eſt, vt his generibus claſſicum pangamus. Audite, iam *Actio* in ſcenam educetur: Illa enim alibi deſidens, caſtra in caſtris metatur. Cæteroqui ludibunda, hic vires ſuas irritaminatur, modo tela vibrans, modò puluere grandinans, nunc ſtridens è pharetra, nunc fulminans ex baliſtis, nihil Ioui ad inſaniam reliquit. Quoties in caſtris illud Caligulæ auditur [Ita feri, vt ſentiat ſe mori? Quid feritatis feris ſupereſſe paſſi ſunt, qui arietum immanitatem in inſtrumenta homicidij tranſtulerunt? Hoc nimirum eſt in caſtris agere, mortem in alterutrum iaculari, æui noſtri compendium feſtinato obitu perſtringere, ipſum ante ipſum præuenire.

Actio prædicamentum militare.

Tranq. in Calig

Passio non minus.

At enim huius tragædiæ funus in *Passionis* catastrophen est referendũ. Actionis labor est, in *passione* dolor, quibus tanquam axe & bicipiti polo militia hinc inde libratur. Veniat in hanc scenam Niobes lachrymis in saxum durata, restipulor consolandam, si quid gaudij è societate metitur; nec iam solitudinẽ sed orbitatem dolebit. Quotusquisque enim credet figulis monstrorum poëtis, quòd aliquando Medusa vultus toxico intuentes in saxa solidarit; & nõ ipse tam feralis spectri obiectu, verò marmore obstupesceret? & non miser ille qui cæditur effigiem fortunæ suæ, ac lineamenta doloris in intuentis animo pronius quam oculo describet? Ita vndique cruditas illa deliquio magis, quàm oratione

Strages bellica.

digna, spectatoris aciem reuerberat, cùm truncata membra & femineces artus globorum pulsu raptim iactantur in

auras

autas; quum calida adhuc viscera, & palpitantes venæ ideo nouos ictus prouocãt, quia prioribus superfuerunt. Hic animã vomit sanguine suo purpuratam: Illi interclusæ glande fauces spiritum exire vetant, quem retinere non possunt. Alij iaculorum silua in pectore sedet: Alij alijque tot agonibus ante obitum defuncti, nihil æque ac charissimam vitam oderunt. Quarum rerum odor ipse & imago tam acerbus est mihi, vt sola earum memoria satiscenti fugam suaserit ad sequentia *Situm*, & *Habitum* expendenda.

At enim abeuntem me *Vbi* apprehendũt, indignata *Locum* suo loco excludi. Egregiè sanè, quasi non idipsum *Quando* querri posset; quod cùm cætera suo quodque edat, ipsum quadantenus post suum seculum abijciatur. Sed quoniam non hic eras, aut ephemerides dictamus

Vbi prædicam.

mus, par illud inprimis libemus, quæ arctiori ligula prælium contingunt. Certè *Vbi*, *Situs*, duo illa duo cardines belli & bifores valuæ sunt, quibus Mars ex aperto Ianiculo ruens in arenam furenter salit. Nam vt *Quando* saltem captata venia alio impunè differam (quoniam non potest nisi suo Tempore redire) *Vbi* immane est quantum militiæ conducat. Nec enim voluere animo habetis (AA) quod in subsellijs his audiuistis, Locum epiphania aut ociosa vesica definiri; hic in modum teli est æstimandus, certè in additamentum. Etenim idem ictus ex alio loco iam non idem est, protensione spacij, quasi ætate adolescens,

Virg. 2. Aenę. —— *Vires ad quirit eundo*;

recrudescēte per moras ira præcipitat ad vindictā, tarditatemq. vulneris grauitate compensat. Aliàs pares statio ipsa discriminat, nec vnquam æquo marte, qui

qui iniquo loco pugnauit. Hannibal illæ Italiæ calamitatibus illustris, apud Nasturcum contra Marcellum pugnans quùm aliunde desperaret, subsidium à loco petiuit. Ergo illi iam iam instanti, cauas & præruptas rupes à latere obiecit atque eiusdem stationis quà scuto, quà ense vsus, clarissimum ducem fudit. Eleassaro autem Hæbreorum Achilli, quid nisi locus defuit ad ictum, adfuit ad laudem, quum insidentem elephanti superbum hostem pone stratus suffodit, & vulneratæ bestiæ molem sustinens, vincere non potuit nisi manubijs suis & prędæ pondere attereretur? An non Sampson loco quasi telo pugnauit, cùm coeunte ad ludibrium eius S. P. Q. Philistæorum, subductis basibus domum supplantauit, cuius ruina se ipsum inuoluens triumphales manes ex vindicato cadauere dimisit? Quid enim (obsecro

Hannibalis astus. Fronton 2 strat. cap. 2.

Hæbreorum ducum virtus. 1. Mach. 6. v. 46.

Iudic. cap. 16.

vos per Palladem, (Auditores) quid illi locorum immunitate non egissent, qui inter tot præiudicia vicerunt? Erramus enim, si victos eos ducimus, quia decessisse inter victos videmus. Mors quidem eadem omnes falce metit; sed interest an quisquam ad inferos ab hoste trudatur, an ducat ipse sequentem.

Ergo Locus etiam negatus iuuat, sed vis, & virtus decumana maior esse debet, quæ obsistenti renitatur: Captandus est satius & maturitatis precio cōducendus, vt in eum nos pro dignitate Fortunam inuitare possimus. Sic etenim scimus vel ipsius Naturæ exemplo superiorem locum victoribus dignum esse, victuris opportunū. Dij cœlum incolunt, ignis proxima occupauit, nobilissimum elementum & cæterorum vorax: Fulmen etiam nisi ex alto rueret, citiùs se breuiori curri-

culo

culo exarmaret. Ita *locus situsque* exercitus succus & sanguis sunt. Ille vires, hæc vultum eius gerit, quem protinus pro re nata modò quadratum ũidebis, modò rotundum, alias trigonum, ex Lycurgi disciplina Camaleōtis instar speciem pro subiecto loco mutare. In arcto se amplectetur in campo seu seges stabit; fossam plebit, vallum acuet, & minabitur ex edito vt ostendat hostibus etiam quod non habet; nec se solum ijs obijciet, sed ipsos sibi. Marcus Curius, (stemus enim intra huius Vrbis amplissima pomœria, quæ bellandi paradigmata omnibus dare nouit, nulli debere,) quia phalangi regis Pyrrhi explicatæ imparem se consciuit, dedit egregiam operam, vt in angustijs confligeret, vbi conferta illa sibi fuit impedimēto. Ita ille, ita alius quisque Martij iuris peritus mutatam sui agminis formam ingeniosè *Situs Aciei.*

in hostes vibrabit. Sed quandō (inquies Auditorium) dilatum huc vsque *Quando* referemus? aut quousque Tempus vltra alia abijcimus, in quo omnia sunt? Siue enim hic arma cudamus prelijs gerendis, siue ereptæ victoriæ remedia, non poterit hoc, nisi periculosè prætermitti. Nam nec Leonis adeps, nec Basilisci sanguis, non spondilus Draconis, aut alia, aliaue magicæ superstitionis portenta, tantum rebus imperant, quantum opportunitas, cum suo loco sedit. Dubitare id perfidia est; astruere porro, dementia, quasi non potius dolere debeamus quàm temerè rota occasionis in castris vertitur, cuius si cincinnum in fronte prætermiseris, frustra in occipite caluitiem tentabis. Hoc illud est, quod sub nomine Fortunę superstitiosum vulgus adorat, docti etiam aucupantur, neque cessant ad-

Quando.

Virtus opportunitatis quanta

huc

huc queri sibi sæpiùs illam, quasi de industria deesse, tanquam cæca illa videat quos fugiat, nesciat quos incurrat. At enim illa retorquere ictum posset, & verius deesse sibi clientes quereretur. Nam, vt experimenta alia vnius nobilitate conuoluam, Hannibal illud Italię fatum, huius Romæ ditissima præda se destituit, quia frui ad iactantiam victoria voluit, qua vti porro debuisset. Ita ille ante Fabium Cunctator opportunitate importunè abusus, sola mora sibi obstitit ne Romanorum imperium cum exercitibus sepeliret. Quanto exactius C. Marius occasionis fluxu, tanquam ex torrente bibēs, Cymmerios suis tenebris fudit; fidens siquidem tot agminibus tellus, & in puluerem trita densissimum nimbum vaporauit. Ibi ille diurna nocte in subsidium vsus, rapuit secum agmen in confertissimos hostes,

Luc. flor 2. Epit. 6

C. Marij ingenium in captanda opportunitate.

quorum numerus innumerus fumo illa ac nebula, Romanorum oculis ita subductus est, vt impetu in paucos facto reliquorum securi pugnarent.

Habere pradic. aliorũ finis. Quorsum omnia, si quæramus? ad extremum illud *Habere*, cui reliqua capita stipendium faciunt. Hic helluo omnia sorbet, nec per omnia satur. Hic ferrum in hostes vibrat, odia in amicos stringit; mare classibus, terram turmis premit, vt sit denique ipsi satis, qui dudum iam debuit vel concupiscendo lassari.

Persicũ, aurũ, argentum, gẽmæ. Athenn. lib. 12. Cyrus ille Medorum hoc hydropi vndanter imbutus, quum fuso Astrage Persarum imperiũ Medo adderet, quum ad ceruical suum premeret auri quinque millia talentorum, ad pedes tria millia argenti, & in eodem cubili vitem auream, quæ in racemos pensiles ditissimè gemmabat; Sed adhuc *habendi* libidine Chaldæis bella mouit, atque

atque ex deuicta Asia sustulit pondo auri triginta quatuor millia, præter vasa, & alia, quæ simul reddunt trecenties decies centena aureorum millia. Sed cùm alienainuaderet, hosti qua sequeretur ostendit; Is fuit Alexander Magnus latro, qui omnia latè velut incendium depastus, ex Persica gaza, & Babylone abstulit centum & octoginta millia talentorum, hoc est millies & octies centena aureorum millia; siue centum & octo milliones. Qui victo apud Tharsum Dario, triginta quatuor diebus in castris prædam suam censuit; Et quanquam ibi omnes Asiæ vrbes, ac regna concidissent; etsi excisa Syria, vastata Tyrus, subiecta Cappadocia, Rhodus tremebunda deditione sui priusquam vinceretur deuicta, sed ille nihil interim satur; duodecim Alexandrias fundi- tus exstruxit, vt pluries ibi *ha-*

Herod. lib. 10.

Strabo.

Præda ex Dario victo quãta, quã diu lecta?

Pori regis Indici veri nominis regia.

beretur ipse & *haberet*. Iam verò si deinceps cum ipso Oceanum transmittere liberet, ibi in Pori regia dicerem habuisse eũ omnia, nisi haberet; ita æstimatissimi penus copia in contemptum redundante nec diuitijs quidem ditescebat. Sed res publica illa auri, pretio aliquid, nihil materiæ detraxit. Columnæ illi solidæ ex auro, aurati laminis parietes, sarmentum inter columnas pendulum racemis crystallinis, fronde aurea: adhuc fores eburneæ, lacunaria ebenina, vt mittam quadringentorum circiter elephantum captiuitatem. Sed & vestrates olim, Romani, quanquam tot sacris, & sacrificulis superstitiosi, sed inuitante prædaæquitatem belli subinde armis suis prætexere, quàm sequi maluerunt. Certè in Siciliæ inuasione hostem inceſſerunt, specie quidem fœderatæ vrbis adiuuandæ, vera autem auiditate opi-

opimæ insulæ, quam impotentiæ Pœnorum detrahentes, suæ subdiderunt. Aut dic obsecro, quisquis exaduerso audis, quid Clodium in Cyprum, Metellum in Cretam armauit, nisi vtriusque insulæ vbertas, cuius libidine ita arsit Romanus, vt socij regis confiscationem imperauerit. Ille autem Cretę inuasor Metellus, imprudentissimè florentis prouinciæ nomen suo annexuit, non contentus conscientia sceleris, nisi famam insuper ad celebritatem iniuriæ inuitaret. Ita paludati vultures rapto vixerunt, seculum sibi aureum, alijs ferreum fecerunt. Et tamen apud hos interim minutæ rapinæ relligiosè plectebantur, tanquam culpa sit parum nocuisse, & impunitatem sceleris immanitas iniuriæ mereatur. At quia nos hic Catones magis quàm Censorios profitemur, in epilogo hoc Martiæ, orationis finem

Cyprus & Creta vt Romanis obuenerint.

finem belli, hoc est *habere* in illius Romana acie intueamur; Si tamen intueri illam, ac non acie palpitare debeamus. Enimuero Vnus ille & ingentis memoriæ C. Pompeius, qui Asiam Orbis terræ trientem, pop. vestri (ciues) vltimam prouinciarum accepit, mediam reliquit, Ille inquam, quæ non spolia nationum, velut ouis aureæ vellus huic vrbi inuexit? quum in pompam triumphi, quem de Ponto & Asia regibusque tum pœnitendæ maiestatis, egit, traduxit montem aureum quadratum, cum ceruis, leonibus, & pomis omnis generis circumdata vite aurea: Musæum ex margaritis; Apollinem, Mineruam, & Martem ex auro omnes, lectos tricliniares, vasa ex auro & gemmis, ad iocularem alueum, & tesseras vsque gemmatas. Vt dissimulem hic portentum illud Pa. Aemilij cu-

Triumphus Pōpeij Magni

ius

ius de Perseo triumphus cùm triduum absumeret, singuli spolijs suis, & spectaculo non sufficiebant.

Sed & nos quoque trans lineam processimus, magna nomina conuellere ausi, quum vnum Aristotelem prædicandum assumeremus. nec id nequidquam, quin Ille æternum triumphum agit, habetque profligatę ignorantiæ, vindicatæ theoriæ, erutæ rerum Naturæ; quam licet amplissimam pronius est occupare, quàm intelligere. Ille vero, vt hic eam adumbrauit? quàm arguto peniculo vulsos inuicem, & disparatos eadem tabula, Martem Mercurio coniugauit? Tum verò diuisionum canones, definitionum amusses, non obseruauit modò, sed instituit, singulorum peculium attendens, omnium ordinem, eo intellectus acu-

Aristotelis laus quanta in prædicamẽtis legitur?

mine,

mine, tanta industriæ fœlicitate, quam & posteritas porro mirabitur, & ego mature relinquo plausu vestro potiùs quàm loquentia mea prosequendam.

LVSI.



PRO-

PROLVSIO Quinta

In libros Analyticorum, Topicorum, &c.

De Scientia, Opinione, & Elenchis.

QVùm cogitarem patientię vestræ constantiam (AA Illustres,) à me hactenus importunè lacessitam, puduitme meę impudentiæ, qui tam grauis consessus tempus in ocium verti;, & veluti mihi parem, hoc est crudam adhuc, & citra rudi-

dimentum Philosophiæ consistentem, prædicabilium, & prædicamentorum puppis, ac crepundijs occupaui, maturitate vestra indigna mora Cui cogitationi succumbens pœnitentiæ vela dabam; & iam portu soluissem, nisi vetaret me ratio humanitati tantorum diffidere, quibus in huiusmodi Saturnalibus Logicorum imminente iam exitu durandum erit, quia cœpistis. Eo vtiq. magis quòd in bonarum artium promptuario nequaquam quomodo dolijs, fęces in fundo sunt; sed velut in spectabili ædificio prima quæque, vtpote pedamenta tantùm & fulcra, pulcherrimo fastigio premuntur.

Author quàm obnoxius auditoribus.

Et ecce quàm hactenus expectastis in consessum vestrum ex penetrali suo prodit, Scientia *simplicis Apprehensionis* ephebis in antecessum stipata, *Iudicij* senatu ad consilium circumfusa; *Opinionum* bracteis in-

Scientia graphicus apparatus.

de inde ventilata. Ipsa tot *modis*, ac *figuris* formosa, crinale aurum regularum ligulis vittata. Adhæc Aplanem frontis *principorum* illustratione serena, tincta bicoloribus dilu- culum genarum, labiorum succulentam purpuram, narium fragrantes hiatus, cilij radios, astra oculorum in obuios innocenter vibrans. Ponè autem perduelles ipsius *Elenchi*, fuco sapientiam mentiti, præcone egentne ad alienam laudem malo dolo grassati, fallenti similitudine tanti apparatus pompā possint turbare. Ipsa verò veritas magnitudinis suæ conscia petulantiā illius supplodit, stricturas quasdam, & nictus intestini luminis eiaculata eò tenus, vt quisque spectatorum etsi titulum in ipsa non legat, scientiam tamen incedere discat, quam etiam anonymam suffragio suo prosequetur, ipsa venustate

de-

deuinctus priùs æstimare eam, quàm nosse.

Vis & virtus illius. Nam quis non extollat,(quã-quam quis extollat?) eam, quæ cuiusque vires est, quæ humanitatem homini præbet, vt abs ipsa à cæteris animantibus nihilo penitus nisi periculis & infirmitate distaret? Quæ tanquam diurna lux animi, precium rebus facit, vt ipsius abscessu in eadem abysso, & chao commissa, sua omnes æqualitate laborent. Philippo regi bellam aliquam ad clandestinam Venerem cogenti, illa supra fœminam respondit: Dimitte me,(inquiens) *Fœmina pudicitia, atque oraculum.* *Plut. de coniug.* sublata enim lucerna quæuis mulier cuiuis similis est. Ita, hic ego, inquam, si quis hunc æternum lychnum ex humani capitis candelabro sufflauerit, Andabatæ instar tentabundus ille,& periculi plenus gradietur. Quodlibet ei cuilibet par erit, nec diuitias pro sumptu, non,

vir-

virtutem ex merito, nec honores pro dignitate metietur. Chymicus ei chrysocollam pro auro supponet, Stoicus pertinaciam pro fortitudine ingeret, Epicurus denique voluptatem in beatitudine commendabit: Eo promptu miscent se & induunt vitia virtutes, vix nisi alba amussi diuisa. Quam speciosè temeritas magnitudinem animi mentitur? quàm digna fide calliditas prudentiam iactat, constantia pertinaciam, vindictam ęquitas, tenacitas frugalitatem? Facile necessitatem ignauiæ prętexímus, ne quid legibus debeamus, & in pluribus, quorum sanctitati assurgimus, impotentia est, quæ innocentia vocatur. Ita hominem longa meritorum Iliade venerandum solus index virtutum impleuit: & nos denique, etsi incaute sacrilegi merum interim idolum adoramus. Iam verò si ex templo in forum eamus ad instrumenta vitæ, quot

Vitia virtuti bus prætexta.

quot eorum naturas sine hac ad perniciem suam nescierunt? Huius Vrbis patrũ (priusquàm scientiarum cultura mitescerent,) maiorum vestrorũ (scientissimi ciues) tanta erat stupiditas, vt anno quingentésimo V.C. Marcus Aufidus Capitolij præpositus primùm eos monuerit clypeos aureos esse, qui pro æreis tot lustris negligebantur. Ita Tantali illi inter vndas sitibundi auro ditissimi egebant, sciẽtia ditandi. Sed ne nos vt pueri nummis vtamur ad numerandum, & scientiæ generositatem in quæstũ positam mechanicis artibus mancipemus; attollamus vela ad recensum morum, quorum ductui Deus facem hanc in homine accendit. Dic enim quotusquisq. Fortunæ repudium daret, si fortè ac non certo perfidiam eius & nota adulteria *sciuisset*? Quis voluptati diceret Vale; nisi melioris spei anchoram in *Scientiæ*

Sanctitas à sciẽtia.

portu

portu iaceret, & nequaquam ſe vulgi *opinionibus* traderet, tanquam tempeſtati iactandũ! Hæc in vaſto illo volumine Cæli legit gloriam Dei deſcriptam characteribus ſtellarum. Hæc illa Arctos & polus eſt, quæ neſcit occaſum, cuius conſtantia dat cætera moueri: cui nec corporis noſtri terra noctem facere, nec erratica aſtra opinionum eclipſim obducere poſſunt. Exerat & accendat ſe quamuis populus ille ſtellarum ardenti *cæſarie*, alterna nictatione; ſed nec omnes quidem diem efficient, quin noctem obducent; Cœlum interim cæcum eſt, quum videtur tot oculis Argus. Huc ergo magnis itineribus properandum eſt, ad ſcientiæ arcẽ per calcatos gradus opinionũ, veluti Maſſagetæ abs Sole reliquos Deos oſtentui habebant. An non enim ſcientia Solem ſe ſolitudine oſtendit, dum alijs dogmatibus, tanquam minoris

flam-

Ipsa & opinio de eodē obiecto simul esse non possunt se..

flammæ luminibns renuit collucere? Scitis siqnidem quia Sole desuper quadrigante, quùm augusto curriculo triũphalem arcum describit, protinus stellæ omnes omnium oculis subducuntur, siue vera re ab apparitoribus solis in abyssum deturbatæ, siue pudibundæ ipsæ lucem suam dissimulant; quidquid illud, hoc certum esse debet, quia si minus loco, certè honore & forma, atque adeò fama spoliantur, & ille æternus ignis qui vndique diem spargit, illis interdiu est nox, aptissimo symbolo Opinionum. Nictant enim illę & fumigante acumine tremulum lumen mittunt, comminantes inuicem & superbè rebelles. Sed vbi Sol scientiæ meridiem claritatis in Firmamento mentis explicauit, illæ protinus absunt, siue legitimo exilio damnatæ, siue (quod verò propius in stellis etiam est existimandum,) tam illustri astro

astro perstrictæ quadantenus in ipsum redundant, qnomodo etiem plenissimi fluuij vbi ad Oceanum appulerint iam non flumina sunt, sed mare. Risimus identidem pueros, qui in brumali rigore hærebant aliquamdiu sub dio dum ningeret, atque inde domum abeuntes ostentabant se floccis illis magnificè paludatos, dum protinus inter inanes plausus, ad cuiusuis igniculi radium, vellus illud aquatile liquabatur Ita profecto dignissimo sibilo excipias modi nostri grādæuos pueros, qui pertinaci studio contendunt videri quod sunt, multarum opinionum vehiculum, inani illo tanquam onere tumidi, quum nec omnes illæ scientiæ ortum sustinere possint, non vtique magis quàm cicindelæ solem.

At quorsum, inquies, nunc dierum & scholarum illæ tam liberè nobis propinantur, pagi- *An frustra adquiras*

nas occupant, tempus terunt, aut quorsum in ijs quàm maximè lectorum industria desudat, adolescentiæ tyrocinium exercetur, si nec profligare ignorantiam, nec scientiam sustinere possunt? Rectè profectò sciscitatum, & quæ quæstio Delio natatore indiget, vt expediatur. Nec enim temerè fieri à consultissimis viris id credendum est, quo videntur in ipsum impingere quod damnant, dum in his opinionum tumultibus lectorum sudat industria, tyronum disciplina exercetur, quas ipsi authores, tanquam piceas tædas adstruunt fumigare magis quàm lucere. At enim (& scitis) dandum id est necessitati, aut (vt inquam modestius) permittendum, vt quamuis acer impetus, & ad suprema contendés citra stet quùm porro pergere non potest. Et sanè noluit ipsa Natura omnibus patere, siue occasionem contemptui subducens

Natura renuit plenam scientiam sui nobis permittere

ducens; & æstimationem solitudine captans; siue ipsa etiam habeat aliquid quod erubescat, & velit pro sua modestia inter exempla pudicitiæ numerari. Ergo res quasque quà patent, ministerio nostro edidit, conscientiæ suæ reseruauit. Penitam singulorum notitiam in penetral suum abstraxit, opinionibus campum permisit, alto consilio, at nequaquam nouo: nam & nobis quoque vilia in numero sunt, rara in delicijs. Phasianus ales, Idæi dactyli, & quæ aliàs impotentem gulam peregrino esu titillant, ideo tam validè placent, quia non placent sæpe; atque in vniuersum denique inquieto ventriculo ipsius etiam voluntatis obuia fastidio sunt, negata in desiderijs.

Opiniones saltem ad varietatem faciunt.

Quanquam etiam si scientiæ copia passim abundaret, sed expediret eam opinionum interiectu findi, quum varietas,

qua pulchritudo constat, non ex optimis surgat, sed diuersis. Omnia si aurum foret, neque pauper quispiam esse posset, neque diues esse vellet, & opulentissimos Midas peculij sui pœniteret. Iuuat ad irritamentum discendi subnecti scientiæ Topicam leuitatem: frangit siquidẽ illi vehementiam luminis opacum opinionum, & intellectus nostri hemisphęrium his sideribus vermiculatum, cælum in Mundo molitur.

Neque verò volui committere, vt omitterem illud caput quo luxus noster carpitur, qui nec negari nobis longum, neque permitti patimur ea quibus auidissimè inhiamus. Sed interuallum eorum oblectamento ducimus, & cõniuemus ereptis, atque in confinio voluptatis & pœnitẽtiæ siti, eo fruimur quod non fruamur.

Sic placidè in opinionum lubrico suspendimur, vicissitu-

dinem

dinem præ cõſtantia captantes, ac veluti ſub hortenſi dio in topiarium ab æſtu fugitiui, volumus eſſe aliquid, quod gratiſſimam nobis lucem frondium crepitaculo ſubducat.

Et hic quidem audiuiſtis (Heroës:) quibus modis, ac vicibus legitimè opinari debeamus, atque has reptationes, ac tentamenta ſcientiæ in animum admittere. Primùm quidem ipſius certitudinis penuria, tanquam Penelopes proci, qui deſperata hera, ad ancillas verterunt. Tum etiam atque etiam ne qnid ſemel tantùm ſapiamus, quin pluries idem docti, malimus Argi eſſe quàm Cyclopes. Atque vltimo, vt hac redundantia cognitionum, tanquam vermiculato emblemate intellectus noſtri tabula, ad lenocinium decoris diſtinguatur: ne in idipſum inde inde impingẽtes, recoctam crambem ad nauſeã edamus: Quin meliora diſpa-

ratis temperemus, vt velut in epulo luxui locus, & satietas ex optimis sit, ex vilibus vicissitudo. Hæc autem vbi desunt, etiam vbi adsunt, scientiam tanquam omnis operæ pretium hianter insequentes, in illius portum remis velisque contendamus, ne in Oceano hoc aliàs opinionum vndis succussi, studiorum naufragium incurramus. Agite, appellendum denique est in beatam oram, incumbendum ditissimæ prædæ; Ophir Aristotelis, illa aurea Chersonesus, auaritiæ nostræ obijcitur, industriæ spondetur, vbi per vtriusque analisis recursus, fortunatorum montium modò cliuum ascensu superabimus, modò ex pinna in vallem relabemur idem curriculum obiectis itineribus emensi. Ità ille in vtriusque Apodixeos canonibus suas Calpes & columnas fixit, ne aut suprà illas pergere nisi temere audeas, aut citra

Scientia omnis studij scopus.

Arist. ingeniū in vtraque analisi maximè proditum.

tra

tra hæc, nisi præcipitio declinare. Tam ingeniosè retia cancellatim implicuit, sic scrupulosè nodos innexuit, ita clanculum & anxiè aduersarium trilici casse sylogismi circumuenit, vt nemo vnus tam Proteus & versatilis sit qui his non obligetur; nemo tam refractarij cerebri atque in veritatem obstinati, qui ipsam in hoc equuleo non fateatur. Adhæc quàm cautus ille muniuit se contra insidias Elenchorum, detraxit eis laruam, vt fides detraheretur. Perfidiam in semente suffocauit, & meditati sceleris reos iusta talione verberauit. Nimirum parasitis illis vmbra corpus, simulatio pro ariete est, & qui legitimo ictu sternere aduersarium non possunt, auersum postico adoriuntur. Syllogismos artificio ludunt, Demonstrationes euidentia mentiuntur, & denique ad speciem duntaxat versicolorati id enitun-

Elenchorũ fallaciam vt aperuerit & cauerit

tuntur, ne bicolores esse videantur. Sed ille petulantem audaciam & perduellem veritatis elidens, bona fide indignam exarmauit, vt infamis & addicta vmbraculis impostura apparatu suo vapularet. Vt angularis & ludibundus histrio personam deponeret, vultum mõstraret, & syllogisticæ artis vsibus tanquam captiuitas mancipata, deinceps inuadere eam non posset, posset adiuuare. Alexandrini olim canopæo cõtra culices vtebantur: Ipsum hic videas redijsse in opus Aristotelis, qui dispositas machinas ab Elenchis repulit in authores, molesta animalcula & festucarios hostes mero acumine circumponens, araneam sua tela suspendit. Sed sat sit horum, nec amplius in cuniculis Elenchorum subterranei habitemus, apertum Martem & explicatas copias Arist: aspiciamus, quibus fugitiuam veritatem, & cum

Canopæum in culices.

Astræa

Aſtræa ac innocentia reducem poſtliminio ad homines reuocauit. Non ille enim naturæ obluctatus primi æui fœlicitatem tentauit, quum permitterent ſe omnia hominum oculis vt cernerent, manibus vt tenerent. Non illam meridiem principiorum in omnibus affectans, quadam commiſſura auri & ferri, neceſſitatem virtuti coniugauit, vt ex cognitionibus noſtris aliquæ ſe proderent, quædam eruerentur. Principia tanquam patrimonium à natura caperemus, ſcientiam induſtria; vt cõcluſiones poſsimus addiſcere, qui axiomata neſcimus neſcire. Et verò etſi auri fulgor in principijs reuerberet aciem ingeniorum, & auaritiam accendat, ſed habet neſcio quid amabile argentum hoc, atque electrum ſcientiæ, in quod prioris metalli pretium, (ita dicam,) generosè degenerauit. In illo enim ignaua fœlicitas eſt, in hoc argumen-

Aetas aurea primorum principiorum

Praſtantia ſcientia.

mentum virtutis. Illa habere tantum possumus, ista etiam vendicare, quod equidem existimo charius nobis esse debere, quia minus id alteri debemus. Sed & latet in hoc captu prædæ quies quædam, & lasciua voluptas, dum circumscribere veritatem, & ambitiosè venari volumus, quasi feram per saltus fugitiuam, non verò impetu aggredi, aut sine pugna triumphare. Et ego, si quid capio, sapioque; si quid tot lustris docendo didici, quantum est quod experimentis palpaui, deprehendere videor innatum generi nostro pruritum, cui non meliora placent, sed peregrina; qui pluris æstimet monstrosa quàm sana; nec optet sibi occurrere veritatem, nisi eruatur.

Item titillatio.

Pictura Pausaniæ praepostera.

Pausanias cuius peniculus cogitationes ipsas exprimebat, quum longitudinem bouis ostẽdere vellet, aduersum eum pinxit, non transuersum, vnde abun-

abundè intelligeretur amplitudo; magna arte in æquo extantia ostendens, in contracto solida, vt videretur protensio bestiæ etiam vbi non videbatur; prorsus ad pruritum illum, & libidinem vagandi, quam in rerum indagine per sequelas & scientias explicamus; dum (quod dixi,) eruere rerum naturas placet magis, quàm inuenisse. Plin.35. cap.11.

Sed quale, quale illud in Natura censeatur; siue non ipsa id agat, sed patiatur; quidquid, inquam id est; Scientiam certè debet nobis commendare, quæ ad omnia se nobis dimittit, vsq; etiam oblectamenta. Quę hominem feritate exuit, feras humanitatem docet, quæ titubātem opinione animum saburræ suæ grauitate defigit; pretia rerum aperit, fortunæ lubricū, virtutis fœlicitatem: Quæ denique studio emitur, cæteroqui nulla nundinatione venalis. Reliquum ergo est (Auditores:) *Sustinētur encomia Sciētia.*

vt si dignitate vestra indignam ingratitudinem abesse vobis optetis, nequaquam committatis vt contingat id vnum, quo omnia sciũtur, nesciri. Quin potius potiusq; pro vestro onere, pro obiecti maiestate in id incumbite, vt dum scientiam studio vestro prosequimini, ipsa quoque inter sua beneficia numeretur.

Prolusionum Logicalium
FINIS.

SYLLABVS

Prolusionum Physicarum.

PROLVSIO
Sexta,
PHYSICA.
De principijs Corporis Naturalis.

ODerit aliquis agricolas quorum ingrata bipalia genitiuam terram proscindunt: Damnet posteritas Neronem, cuius immanitas maternum vterum lancinauit: Doleat coniugum vulgus diuortij nefastum fas, & prætensam libidini legem; dum interim omnes cis promærium hoc Philosophiæ defixi, Physici senatus consulta discant magis quã exempla. Cæterum enim si cui ars & animus esset siparium hic

retrahere ; vt interiori scenæ participaret, næ ibi lanienam oculis subijceret, quam in alijs oculi ipsi auersantur. Enimuero non ocius tyrones nostri Logico stadio defuncti Physicum limen terunt, quam diuisionum cuneis fibras suas rimari, distrahunt ac findunt corpus quo constant, vitam qua animantur, non contenti beneficiorũ Naturæ suæ compotes fieri, nisi etiam sint testes. Itum est ergo in viscus hoc magnæ matris, & parum erat illius vulnera videre, nisi etiam faceremus, luxatis partibus quæ in vnitatem tertij secretissimo ferrumine coiuerunt. Sic Chirurgi illi anatomicas cæsuras moliuntur, vt etiam indiuiduum quodque diuidant, atque in uetitum reclamantis modestiæ fugitiuam per scrobes & anfractus sequuti in cunabulis Mundi vestigant ipsam Naturæ natiuitatem. Sed quia sequentum quisque

per

per eadem vestigia ire habet, quodam velut sacramento vetustati deuinctus, ego quoque, vt par est, à principijs ordiar, eo minus grauatè, quo interlucentem hic Ethicam video, & in Physicæ fundo mineralia quædã morum deprehendo. Etenim (AA) in principijs his, finis nostri admonemur, qui interuallo mediorum dum differtur, reseruatur; & quanquam fatorum iram tot fomentis mulcere satagamus, sed interim ipsa etiam mora ad metam properamus, & tum acriori curriculo ferimur, quàm ad currendum fatiscenti corpore inualidamur. Occumbendi necessitas apud nos peccati stipendium est, Gẽtibus tinea ipsa Naturæ, cuius ille genius est, vt quo se cunq; verterit, concitatissimè in termino rapiatur. Adeo, quod inquit Pythagoras, Philosophia mortis meditatio est, scilicet corporis naturalis, quod statim à principijs

Physica Ethica est.

Mors Philosophis vnde?

cipijs in finem impingit, velut coluber caudæ suæ mordax, cõditione nascendi mortis se legibus obligauit: Duro quidem onere, sed in quo non desideres æquitatem, quanquam illa nescientes edat, ista vel inuitos proscribat. Nempe satius est hoc rerum theatro exire quàm abesse, & reponere aliquando fortunatam sortem, quàm semper optare.

Atque vt ostendamus quam agimus fabulam huius scenæ esse, & in acroamaticis disciplinis Ethicæ rudimenta disponi, transeamus per ipsa principiorum nomina, numerum, naturas; vtiq. enim ibi legemus vncialibus litteris descriptam publicæ cladis epigraphen. Nam & compositi cuiusque *Materia* perfida est, *Forma* fragilis, *Priuatio* ipsa egestas. Prima portas hosti pandit; sequẽs illi præda patet, vltimum velut scabies in cadauer illud compo-

Principia corporis nostri in finem nos præcipitãt.

sti

siti grassatur, Forma riualium libidines irritat; Materia adulteri missilibus expugnatur cui priuatio nihil superesse patitur, nisi habuisse. Et nos tamen in tam turbido æstu, apud tot vitæ naufragia, inter ipsas Naturæ insidias Panicam immortalitatem somniamus. Vt mihi accuratius hæc pensiculanti, in nostratis vitæ periodo subeat potius mirari numerum annorum, quàm detrimentum. Sed illud me omnino suspendit, cur inter tot ictus, ista rerum nouerca Materia per quam morimur, hoc est, fragilitas ipsa non frangatur? Si enim id casui assignaueris, constantia experimentorum obrueris. Si Naturæ, ratio ipsa obluctatur, cur illa quæ aliorum morbus est, non moritur, cùm interim Forma aduersarijs valenter rebellis, quoto bello & die, inter contrariorum funera sepeliatur. Et verò vt ingenuè animum aperiam, non

Incantos interim.

me

me verberat quòd Natura in hoc suspici voluit, & quùm rebus pretium admiratione dederit; se ipsam inter prodigia locarit; sed angit admodum clácularium stratagem[illegible]s, ac tortuosum, quod vos [illegible] uorum erugandæ fronti hac amœnitate ridemus) apologo festiuè audiatis. Quercus, & Arundo in eadem silua natæ, adultæ, ad colloquendum aliquando accesserunt. Initium quercui; argumentum aduersitas fortunæ fuit, & pertinax ira. Nempe (inquit,) videntur in me Superi, Inferi, omnia coniurasse, omni iniuriæ obiectam. Aspicis (ecce enim,) nutabundum truncum, conuulsos ramos, corticem hinc inde disiectam. Sic in me Aeolus bacchatur, quasi plus ei in arido liceret quàm in salo. Et modò me Aquilo fundamentis quatit, modò Auster coma apprehensam colaphis cædit; alius aliò, om-

Dialogus arborum.

omnes in terram trudunt, visuri aliquando ruinam, quam minantur. Et hoc quidem doleo, illud autem admiror vt Tu interim (soror) eludis, certè euadis tyrannum. nullibi cædes tua, visitur, nusquam fragmenta, leguntur; inter tot turbas ventorum eodem in vestigio hæres, nec vnquam loco tuo, sed nec integritate excedisti. Et tamen infra me es (immane quantum;) vi ac virtute, etiam mole; surculi mei vmbram tibi faciunt, rami inuidiam, quorum quisq; perpendiculis suis fissus in decumanas arundines redundaret. Et nos tamen ingloriæ vincimur: Tu uacuo ventre triũphas. Dic obsecro, & in communionem sospitatis conterraneam tuam admitte; dic, inquam, qualia hic amuleta, quot alexipharmaca contra infirmitatem attulisti, quæ non modò incumbẽtem redimunt, sed accedentem profligant?

Risit

Risit ad hæc Arundo, & simul: Non ego (inquit,) Quercus, mirer te mirari. Idem te decipit quod disijcit, tua vis tibi est exitio, quam si dissimulare quàm opponere hosti malles, næ Tu rariores tui partes desiderares. Ego ecce tot hiemes numero nihil imminuta; quin inter procellas creui, minus minusque deiecta, non repugnando, sed sustinendo. Nempe vbi furentem Aeolum, illum aëris Martem video trãsuadentem, actutum prono cacumine ventosum Numen adoro, atque intra diem quandoque sexcenties reduci totidẽ arcus describo. Ita cerea in omnem ventum, ac euentum tyrannum tot obsequijs deliniui; & vt semel expediam, quod semper ago, in delectu geminæ iniuriæ malo flecti, quàm frangi. Quid enim vobis (AA,) an non visæ sunt Materia & Forma dialogo hoc personatim defuncta,

Cedendũ valentiori

Materia & Forma diuersa præsidia.

cta, vt prior quamuis debillima exprobret fortiori imbecillitatẽ, quæ inter tot præsidia repugnādi, nihil certi habet, nisi se denique expugnandam? Quia nimirùm Forma delicatè impatiens velut apis aculeo se irritata exarmat. Materia mollior & consilio præ viribus freta, desperando victoriam assequitur, dum in omnem sortem & situm volubilis, integritatem fragilitate tuetur. Quantum illa suæ laudi, nostræ vtilitati litauit, dũ ad omnem figuram & lineamẽtum ductilis, quadam pertinacia patientiæ omnia esse voluit, ne quid nobis deesset? Forma suo nomine superba, siue quæq; ad multa iners est, siue renuit vna pluribus obsequijs mancipari, certè singulæ multis necessitatis nostræ votis desunt, & vt hiatus omnes expleant, debent nescias quoties centuriari. Fagus hastili inepta est, è Buxo arcus non fient, Suber valuis non

suffi-

sufficit, Lar'x carbones non facit; & cùm omnia cęlitus nobis pluerint, tamē ipsi Dij gentium formarum aliquas informes censent, & in beneficijs suis inuenerunt aliqua quæ odissent. Venus Buboni imminet. Minerua araneam auersatur; Cypressus Ioui perduellis est, Bacchus in hederàm coniurauit, atque alij jalijque factitia Deita, te reuerendi, quùm omnia credantur posse, plura faciunt quàm probant, non vtique inuidia materiæ, sed formarum. Ipsa verò etiam in inuisis placet, latitudine beneficij, humilitate obsequij, ligula rerum ac populorum, quoniam omnes vt vt sole & cælo vulsi, tamen materia miscentur, quæ simul in lateribus supploditur, & in diadematis adoratur. *Quæ quibus Dijs exosa?*

Sed quanquam hæc à quibusdam speciose ad plausum iactentur, nollem tamen ego paludamentum hoc, & pom- *Formæ aduocatio.*

pam

pam verborum, qua materiæ nuditatem amiciui, præiudicio esse alteri principio, quod dimidium totius est. Ita ausim Materiæ misereri, vt nequaquam proinde Formæ ius iniuriam patiatur. Nec enim nescio pauperes, quorum illa idolum est, fœlicitatem suam tanquam insolentem cibum non posse concoquere, nisi (quod aiunt) in plano tumeant,& laudarise putent cum excusantur. Certè autem ego induci non possum, vt ambigam quin vester hic Areopagus Romani, tam addictus æquitati Senatus, vbi maiestatem Formæ in medio viderit, quin inquam, singuli atque omnes ei adstipulentur, & ex trinitate principiorum, tanquã totidem numinum in hac Ida occursu, arbitrarij Parides pro forma sententiam feratis. Materia copiam, ceu Iuno iactet; Priuatio cum Pallade subtilitatem, sed hæc Venus Formę il-

le-

lecebra gratiarum quamuis obstinatum iudicem corrumpet. Scitis (iam & hoc prolusi) quis quomodo Phryne aduocauerit? Nec docendi estis quid quondam Troianis proceribus cautum super Helenæ repudio, quo vnice decennale bellum redimeretur; vtique ne quando Conscriptis PP. illa interesset, quam, etsi validissimi imperij arma & oratores repeterent, ius gentium coniugi suo vendicaret, sed proscribere obiectam nesciebant, nisi abscedens ipsa desineret admirantum oculos formæ lenocinio fascinare. Vsque adeo cuique charum est quod Natura commendauit, & in omni foro Forma sine voce facunda, quaquauersum iudices rapit. Rhodig. lib. 14. c. 15.

At enim quoniam oratorem minimè decet, minus philosophum oblectamentis inniti, abs illis argumentis, in præsentia exarmabo me ipsum principe *Forma nõ solũ formosa est, sed fortis.*

telo, Formæ forma abstinebo. Variegatum peristroma,& moraturum oculos aulæum nuditati obducitur; solida sine impendio placent. Adeo ego,quod dixi, Formę formam dissimulabo, atque interim mundum hunc muliebrem pugnaturæ detraham, vt illa in aduersarios non vultum, sed lacertos vibret. Enimuero ego nequaquam adduci possum, vt temerè subscribam ijs, quæ exordio orationis Materiæ nostræ fœlicem inertiam commendarunt. Illa, & quæ illius sunt modi splendidè magis quàm verè iactantur, quibus tanquam parergis, & flabro vacua causarum implentur. Nemo, ne infirmus quidem, probat, sed tolerat duntaxat infirmitatem; nec vires quisquam, quamuis desperet, odit, Nam quæ virtus est semper vinci; & ideo nō expugnari, quia non pugnat, formidine antequam prælio fusum;

ſam; quùm debilitatis ſuæ cõſcientia & ignauiæ confeſſione, nequaquam audet in puluerem & ſolem educi. In caſtris (ſcitis) pudenda fuga eſt: & ſi quidem, quid erit materiæ clanculum, aut etiam palam deſidere, cum nec cepiſſe auferit, vt aut ſuorum numerum, aut hoſtium terrorem augeret? Sit imperatoris pericula remedijs anteuertere, vt ſicubi hoſtium inſidias olfecerit, receptui animosè canat. miles ſtationem pertinaciſſimè obſeruet, prò Reip. ſalute, ad imperium ducis, ex ſacramento ſuo. Inuadenti ferro incudem pectoris obuertat, veſtigium niſi porro non ferat, ſui ſanguinis cataractas interritus aſpiciat, cicatrices in auerſo non numerentur. Sic cadere eſt ſtare, & inuito victore ſupereſſe vitæ, intereſſe honori, atque inter argumenta virtutis exſpirare glorioſam animam in qua

Carpitur materia ignauia

nihil desideres, nisi fœlicitatem. Hæc qui audet, sus deque habet quid patiatur: sine certamine possessio contingere potest, palma non potest: & quãuis inuidenda congiaria, ipsa Iouis Amalthæa in popnlum spargat, quod in immerentem cecidit, lucrum erit, non præmium. Domitianus Cæsar amplissimo Imperio diues magis quàm satur, ne quando sine hoste inglorius desideret, muscas saltem agminauit, quibus armatus congrederetur. Ego ergo illius exemplo, vestro suffragio plectam Formæ potiorem triumphis adoream martialem, quod generosè lacessentes reuerberet, quietos irritet, neq; velit vnquam vita sua nisi in pugnis & periculo defungi.

Quanti sit meruisse quod habes?

Sueton. in eius vita.

Nolim autem (AA) per hæc me arbitremini Formæ conatus efferre, vires non ausum celebrare, tanquam illi ad gloriam voluisse sit satis, & hostem

Forma nũquã impune corrumpitur.

sitiat

ſitiat tantùm vt ipſe fundatur. Nolim, inquam, nolite etiam Naturæ præiudicium, Formæ calumniam irrogare. Nunquã illa ex caſtris, niſi ſtrage facta, decedit; ſi occidit, occidit: pereundo perdit, Pytagoricum repaſſum molita, talionis ſuæ ſit teſtis. Ita aduerſarij ſi inferias ei tranſmittunt, nos Pæana canemus, & pro ferali cupreſſo, æterni veris laurum immortalibus victorijs appendemus. Et quid amabò quamuis prodiga fortuna concedere, vt vt pertinax ambitus venari, cogitatio aſſequi, virtus ipſa mereri maius poteſt, quàm quempiam ex præliorum ſemente victoriæ meſſem reportare? Oct: Auguſtus rara moderatione ſui magis quàm cæterorum Imperator, qui Ianũ Quirinum ab V.C. tertio concluſit; bis ouauit, ter triumphum egit, Dalmaticũ, Actiacum, Alexandrinum, continuo

Idem Tranq.

triduo omnes, sed nondum titulorum satur, assiduè vt vinceret, assiduè aleam ludebat.

Pro Priuatione Sed ego (AA) aut fallor vtique, aut fefellit me hæc formæ dignitas, nescientem oculos ex hac tabula tollere tam festis coloribus imbuendos. Recipiscendum est ergo accommodatis silentio fidibus, ne prolixæ orationis ingratijs voluptatem fastidio traducam. Esto id, vt ego in ora hac & lacinia naturæ, expleto scilicet vtroque dimidio corporis plenæ synthesi *Nihil* porro attexam. Etenim illud tantùm superest, sed superest tamē, & ego obligatam vobis fidem redimam siue silentio aliquid inuoluam, siue Priuationem oratione celebrauero. Sed enim quo ausu in id operis incumbam, ad cuius tentamentum desperationi imprimis litandum est, argumento extra ordinem assumpto, quod vtique pro inani suo, & ineptia ad-

adumbrari graphice non poteſt, niſi colore noctis, in vacui laminis, peniculo taciturnitatis. Ita vtique exiſtimant fama potius quàm conſcientia Philoſophi. qui ſterilis obiecti prætextam imperitiæ ſinę obducentes, tum plerumq. deſinunt quùm deſiderantur. At illi verò quibus cana ipſa veritas, nõ pilos ſed mentem imbuit, actutum deprehendunt nihilo ad indicem auguſtiſsimæ laudis non merita deeſſe, ſed pręconem, qui tanquam tumulus, aut baſis extollit argumentum cui ſuccumbit.

Et verò quid à nobis in ſuis laudibus audire poteſt, (quanquam quid non poteſt audire?) ille corporum protopater, genitorum patrimonium Priuatio, ſeu (quod ipſum eſt) Nihil; Formæ theatrum, Materię materia, ille mundi Oriens, à quo omnia ceperunt; fauilla, in quã cęli & terrę cadauera re- *Cõmendatur a vetuſtate.*

Aeterni tate. soluentur. Principium principij, etiam complexi, quod ex illo pendere debet, cùm constare non posſit; vtique velut ipſa Deitatis maieſtas, ita vniuerſorum architectus eſt, vt nullius ſit pars. Hic ille fuit ſolus genitiuæ naturæ vultus, hæ tenebræ abyſsi quibus obducta illa, velut Gigæ annulo, à nemine videbatur. Et ipſa interim ſe ditior, quòd non habet fænerata, formæ ornatum preſtat, luci campum, coloribus colores. *Neceſſitate.* Etenim vbertas inani eget, lumen caligine; extinguuntur lumina quæ apricantur ad ſolem; nec forma noſtra belliſsima quamuis, pulchritudinis ſuæ Veneres explicare poteſt, niſi in materiæ nuditate, quam illuſtribus coloribus imbuendam Priuatio velut tabulam raſit. Summa, ſupra ſummum *Nihil* eſt, & in contumeliam Naturæ, ad ipſum poſt omnia appellatur. Tymantes ille ſimu-

simulacrorum animator, in acerbo luctu magnæ domus, cuius deliciæ in Iphigenia ibāt immolandæ, cognatorum omnium deiectum animum eo artis successu adumbrauit, vt per gradus omnes sanguinis, hæreditatem tristitiæ viuis incrementis transferret. Domesticis vestem atrauit, amicis animum, patruo vtrumque; vsque dum denique mæstitiæ imaginem omnem ex asse consumpsisset, & ad patrem virginis veniens, impar ingenti dolori magnus opifex, quem pro merito luctuosum exhibere non potuit; vultum velauit, tanquam immensos affectus, qui industriā immanitate superarunt, non alius color explicaret, quàm nullus. Audiant qui *Nihil* aliquo minus esse hallucinantur, quoniam alia emenso, illud superest, in quo eminentia omnis desinit, fastigium quodcunque superatur. Hucusque

Ad nihil velut ad summū deueniē dum Tymantis exēplo. Plin. lib. 35. c. 10.

dixi. AA): Iamsi *Nihil* porro libeat vobis audire, cothurnum induat, vt in saltationis lubrico, hoc est, obligata numeris oratione agnoscatis

1 *Altius axe* Nihil, *caloq; quod imminet axi,*
Quaque superpositus, nulloque volubilis arcu
Vltimus undecimo circus conuexa dat orbi
Latum limitem agit, magnoque rotundat hiatu
Concaua prima Nihil *; subtus sine pondere sidens,*
Pone locat superimpositi latera ardua Mundi.
Prima preit, postrema legit, tumet omnibus unum.
Namque mare, & tellus, & quod tegit omnia calum,
Ponderibus librata suis, vacuoque recepta
In Nihilo *stabulantur, auita in sede reposta.*
2 *Mundi mater, & immensi*

Ni-

Nihil *una laboris,*
Materies adhibenda Deo; sine se-
mine facta
Artificis sermone: semel licèt
omnia fors sit
In Chaos, ad manes, primasq.
redire tenebras,
Stabit in aeternis Nihil *immor-*
tale lacunis,
Cunctorum inferias referens, ne-
que funere functum.
3 *Candidius* Nihil *est niue vir-*
gine; durius ipso
Durum adamante Nihil: *ruti-*
lat magis igne, magisque
Vellere, Sidonij cui purpura spu-
mat aheni.
Quique Machaonijs redimunt
sua funera succis
Iurabunt medicis Nihil *esse po-*
tentius herbis.
Et quibus innata noctes, quibus
vmbra nitentem
Abstulit atra diē, querulis vlu-
latibus agri,
Causantur sua damna, Nihil
sine lumine cerni.

Vltima Socraticis *quæsita scientia musis*
Scire Nihil, *tanto merces dignāda labore.*
Fœlices quibus vna sapit, quibus vna peculi,
Gaza Nihil, *votisque vocata perennibus, vnum*
Fundit Amalthea Nihilum mensura capellæ
Quos lucro iactura beat. Nihil *Assisiatis*
Ambit auarities herois, & omnia egendo
Diues emit. Quam nulla Venus, *non fama momordit*
Castius est prima virginitate Nihil.
Et Nihil *ambrosia plus sapit ambrosiam,*
Et pietate Nihil *plus pietatis habet.*
Vtque sacro totum sub pede tundat; idem
Diuinum est ipsa Nil *deitate magis.*

CECINI.

PRO-

PROLVSIO Septima.

De Natura, & Arte.

SVperioribus ferijs labentis & autumnantis anni, si ex fide memini, induxi in consessum hunc tanquam in physicum auditum (AA) Physin ipsam, & Naturam, cognatione argumenti applausum vestrũ nundinatus. At enim quùm cogitationes meas eminus in præteritum proijcio, deprehendoque obiecisse me quidem audientiæ vestræ, meæ orationi Naturam, sed vulsam eam, atque truncatam, hæreo hic, atque defigor, num conatibus meis applaudere debeam, an industriæ irasci. Nimirùm partes illius & segmenta ostentaui, ita vellicatim tantùm ac

An singula principia sint exacta Naturæ

diuisè, vt cùm nihil illius tacuerim, totam tamen videar prætermisisse. Nam quis in illius album materiam adscripserit, embrionem & rudimentum operis, ac tantum nonnihil? Formam non nemo admiserit, sed vt auspicium duntaxat operis, id est, motus ac status principium. Ego vero (AA:) si quid est in me ingenij tot titulis huic argumento obnoxij, non equidem Naturam definiri existimem siue materiæ capacitate, siue formæ apparatu; quin cogenda esse in vnam eam, omnia, velut magni corporis membra. Subit enim animum ille superbi Macedonis delectus simulacrorum, quum vetaret se cæteróqui exprimi, nisi Apellis peniculo, Lysippi cælo. Tentauit tamen idipsum Stasicrates magnifice potius quàm delicate. Nimirùm cum doleret Alexandrum, quà pictis,

Horat. li.2.ep.1

qua

qua fictis idolis delectatum aeque, ac expressum; tanti Imperatoris virilem animum desideraüit, qui his crepundijs caperetur, & putaret sibi simile esse, quod magnum non foret. Atqui ego(addidit,) ò ingens Alexander, statuam Tibi ponam vastitate similem, aeternis fundamentis immotam; Thraciae montem Athon in Te traducam, conum eius in caput & coronam tibi plectam, proxime collum, prope humeri in deuexo illo ducentur. Tum thorax, pone scapulae formidanda vastitate tumebunt. manuum altera vrbem gestabit, altera fluuium, quem patera in mare libabit. Ita ego (AA) illum Naturae vultum, qui vnus in Orbe est, nequaquam a me pro amplitudine describtum iri existimo, nisi illi & montes inseram, & mare immergam, vrbes ac prouincias omnes complexo. Vt ipsius sparsa

Magni Alexandri maxima imago. Plut. or. 2. de vit. Alex.

Naturæ imago quomodo compingẽda

ſparſa hinc inde operum ſegmenta, magnæ animæ membra verius illam, quam adulterini colores coagmentent. Itaque ſic mecum eam cogitate, tanquam huius vniuerſi Reſpublica ſit & regina, auguſtum animal, ac tantum non adorandum, cuius excipiendæ maieſtati, cæli in tentoria declinent, Terra fulcro ſubſidat; Aër ſpiritus ſit, Aqua ſanguis; aluei venæ, ſyluæ cæſaries, prata virore rideant, pluuiæ in lachrymas liquentur. Cuius diſtentum ſuo hoſpite domicilium imber lauet, venti verrant, ſtellæ Phrygionia cælent, flores aſaroto compingant. Omnia tantæ amplitudinis principi, ſiue officijs deuota, ſiue in obſequium mancipata. Terra cuniculis in ſcrinium ei cedit gemmanti theſauro; regio ætheris eidem æterno ſacramento armata, modo tonitru mugit, modo ful-

Eius pulchritudinis graphia

fulmine flagrat. Inde arcum, tendit, cometis ſagittas cudit; atque inter ferales ignes aſtrorum, velleribus niuis, etiam quũ non iraſcitur, excandeſcit. Quæ illa redimicula frondium, vbertas fructuum, quæ laſciuia florum, quorum alios è calice Natura, alios ex vagina trudit, aliquos in remedium, omnes ad oblectamentum? Vt illa, in corporum lineamentis Venus, in hortorum cenſu Pomona; modo arborum puerperijs fæta, modo vuarum vindemijs temulenta? vbi etiam picturatorum orbium blanditur oculis ſpecie, titillat nares odore, vndique tanta, vt iam aliæ Orbis prouinciæ, nihil niſi nomen Arabiæ inuidere poſſint ad fælicitatem. Sic ſic ſiſti oportuit Naturam, non coloribus adumbratam, ſed partibus conſtantem tam vaſtè fuſis, quàm latè; ipſa regnat, velut illa veſica gloriarum Alexander,

der, Magtitudinem suam fortuna mensus, Athon nanum, se gigantem ratus, statuæ suæ Caucasum adhuc adhibuit, & Emodi montes, & Tanai gurgitem, & Caspium mare, quo ita tam vasta illa surgeret quã late ipse regnabat. Sed mihi nequaquam tanti est immanitatem illam in Natura premere, quam etiam in plerisque horremus; quin magis magisque eiusdem ingenium in paruis etiam prosequi, vt aperiam in hac Vrbe Orbis compendio, pari Naturæ theatro, quum ipsam dixi, omnia me eructasse, neque superesse aut Fortunam, aut Fatum; atque ante omnia Artem, quæ inertissime cum ipsa de supremæ ambitionis palma decertat, nihil sui in arenam, nisi nomen adferre. Nimirùm motus ac status, ne principium quidem habet illa, nedum medium, etsi tot interim instrumentis inquieta, &

Ingeniũ in minutis quã maximè.

quam

quam certissimè ab Ephoris fucus ille Artis, aculeo exarmatus, ad pœnas profligaretur otij damnatus. Natura autem a solo motu immobilis vitam exercitatione sic definit, vt & quodlibet ab ipsa editum, quamdiu a parentis traduce non degenerauit, patrimonium mobilitatis operum assiduitate tueatur. Aut dic, amabo, quo illa æternorum orbium, ac immanium coæua vertigo; sidus sideri obuersum, mora curriculo præpedita, atque inter sectiles ac decussantes se circos ludicra inimicitiæ species, seria Naturæ demonstratio? Quamdiu mare flumina bibet? fluuij ab Oceano reuomentur? Quorsum elementa reciproco odio armata viciniã suam nec pati possunt, nec effugere? Vnde, inquam, hæc? nisi Natura vires suas inde inde ad pompam explicante, vt vereatur ignauum aliquod eicon. cur-

Natura a motu immobilis.

currere per quam omnia concitantur. Quanquam nec illa nequidquam sic aguntur, & ratione magis quàm viribus abundant, quum nequaquam simile vero sit, quod in ordinatissimo regno Naturæ tantum liceat temeritati. Absit autem licentia: & vero abesse debet tot rationibus exclusa, quas ego tanquam amentata iacula emittere possem, nisi dignius meæ operæ, vestri otij pretium censuissem vt iam denique Quietis contemplatione inter tot monstra respirarem.

Terra fundamento suo pendula.

Quanquam hanc quoque optare magis quam polliceri mihi possim, quem video valida admiratione commouendum, nec nisi declinata nominis inuidia, sub specioso titulo Scyllam Charybdi mutare. Nam quis miraculi stupor satis possit suspendere cogitantem portentum illud grauissimi elementi Terrarum, vasto

inani

inani ſemper imminens, ſemper eminere, non alio interim quam pondere, hoc eſt periculo ſuo fundatum? Vulgus imperitorum & pullatus circus qui conditiones rerum ſucceſſu metiuntur, Terrę motus non timent minus, quam mirantur, quum veriori re, ſi quid illi ſupra ferulam ſaperent, mirarentur potius magnetem illum centri ferramenta omnia, atque alia inſuper ita ad ſe allicere, vt auelli ea, niſi vi non patiatur: atque ita ibi ſiſtere, vt ingentiſsimæ moles pondere quo deprimuntur libratæ, in aduerſum rationis grauitate non grauentur. I nunc, I ambitionem Artis huic humilitati compone. Olim illa Alexandrię Pharum extruxit, ſex Orbis miraculis (ſi Dijs placet) certantem, atque ita inteſtinis libramentis appenſam, vt ſubtus tanta vaſtitas quatuor duntaxat vitreis cancris niteretur.

Pharus Alexandri. Beda de 7. mirac.

Nem-

Nempe hic etiam ars illudere nobis audet, quasi vitrum & nihilum, sono tantum diuersa sint, sensu concurrant; aut non posſint crystalla incudibus certare. Sed enim merito illa Artis ambitio in congressu Naturæ, cancris quadrigauit, vt toto itinere aliud adijcere non posset quàm repulsam. Miserendum Naturæ fuit hostis sui, vt reiecto hoc tumore magnorum operum, ad industriæ laudem in leuibus, à tormentis ad tela veniret. Et factum: ecce illam in angustijs se explicantem. Ecce: quot sensus in culicem congessit? Quid apiculæ diuisit in belli pacisque officinas, qua melle distentas, qua aculeis destinatas? vbi illic bombis tympanum, tympano spatium inuenit? vt omittam interim tumorem ventris, velificationem alarum, quorum familiaritas admirationem in vtero quodam ab ortu

Apis accurata cõpago.

ortu extinxit, Medius fidius, illa in minoribus maior est: Quotus non obstupescit, hominem tot organis variegatū, valenti habitudine, ingenio ipso artificiosum, ad texendum tamen præter telæ materiam adhuc axes, radium, stilum, subulum, glomum adferre, Araneam, nil nisi araneam adhibere; quæ delicatissime tamen viscosum subtegmen interplicans, modo recta vibrat, modo in orbem circinat, liciū solide compingit, tramam operose decussat, atque illam vmbratilem pexitatem in muscipulam net, qua cuneos muscarum suspendit. Dies me deficeret, atque illud, quod occidere; nolentius viderem vestrę patientiæ firmamentum, si Naturam ad parua prosequerer, etsi non placeret parum, vadentem esse prosequutum. Nam quem non delectando fatiget illud Luscinarum pertinax

Araneæ inimitabilis solertia.

Luscinia carmina.

nax melos, per quindenam dierum, noctiumque, (nisi ei mors sincopam fecit,) spiritu prius deficiente, quàm cantu; vbi interim erit aduertere docentis, ac discentis seriem, vt senioris carmen resumat discipula, & in maturiore appareat modo applausus, alias increpatio? Hæc Nautilum piscem nauigiorum fabricam docuit docere, quum ex fundo in summa æquora paulatim se subrigit, & despumata per fistulam aqua, velut exoneratus sentina, facile nauigat: Post hęc duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificante per auras, cæteris subremigans, media cauda, vt gubernaculo se regit, & vadit altè, liburnicarum imaginem ludens. Vt mihi videatur id bona fide consulendum; si quid in se consilij, quando aliquid salis, si quid artis habet Ars, silentio hodie

Nautili velificatio.

hodie ſibi conſulat, fuga quadam ex veſtris togatorum caſtris abducta. Vnde enim ſui aliquid iactet, quæ ab inſectis textum didicit, à piſcibus nauigium, ab armentis arietes, ab ipſa vmbra picturas, quibus tam proiecte intumeſcit?

At enim ne arceri illa hinc, ac non abeſſe exiſtimetur; aut ego meo muneri deſiderari, veſtro inuolaſſe dicar, vt ſententiam vni parti tuliſſe puter, non vtrique patrocinium, ſubdam etiam, quæ mihi Ars ſuper ſe, atque eius in hoc foro fatiſcente honore, ſupplicibus libellis intimauit. Et vero quid ni illa (inquit) ſe ipſam Naturæ (ſi Dijs placet) efferat etiam, ac non tantum componat, cuius ipſa vtut rudia fundamenta Naturæ faſtigijs innituntur? Materia ſiquidem artis, naturæ compoſitum eſt, vt dubitandum non ſit, quin aquila hæc aſpiratura ſit quam eminentiſ-

Suſcipiuntur partes Artis contra Naturã

ſime, quæ à culminibus ſe primum librauit. Quid illa non adijciet ad ſumptus, quæ primo molimine totum Naturæ penu deuorauit? aut quid denique ornatus atque illecebræ ab ea non ſit expectandum, quæ materiæ ſecura, in vnius formæ apparatu cincinnis obligandis occupatur? Sed hæc alio vel ſuperpondia grauitantis trutinæ ablegemus in hoc exitu orationis, atque ea quæ ſupereſt mihi admodum æſtimanda patientiæ veſtræ vſura, Moliar ſaltem ſtricte, atque ex tranſenna oſtendere non modo vtiles, ſed plus ſemel neceſſarias eſſe artis ſuppetias Naturæ, quæ quandoque ſua etiam luna laborat. *Natura ſine arte mãca* Enimuero videas in ea aliquot veluti deriuatas ab iſta maculas luminis, & ingenij tenuitatem. Deprehenditur quiſpiam in meditati ſceleris conſilijs, & iudicio ſiſtitur; quanquam interim conſcientis animi ſtimu-

lis

lis grauatur, sed adhuc popularis famæ telo retundit calumniam, latebræ fidem captans sartam rectamque vsque dum miseri nouerca Natura reum in se ipsum agit suffusum sanguine, & pudibundum, scilicet iam agniti sceleris proditorem. Voluit illa quidem vultum eius, (sed voluit tantum) velare, & stultissima industria clientem suum, dum subduceret iudicio, obligauit. Quis enim hic Naturæ, aut non oderit perfidiam, aut non riserit acumen, & putet eam pro cerebro peponem habere? vt omittam illius alias aliasque ineptias, quibus hanc Mundi Remp: perderet ipsa, nisi perderetur. Quam parca & cunda vtilium! prodiga noxiorum, nescit sua damna redimere, ditior morbis quam remedijs? Cancer illi bis quotannis parit, quem expediret Orbi extingui: Elephantem decennio gestat, *Fœcũda noxiorũ*

tantum paritura. Quid illa animalium, stirpium, elementorum quà iris, quà telis in hominem non armauit? Quas cicutas, quæ centaurea extra Colchidem sine semine non metit, quum interim tot itineribus salutaria emamus?

Videtur rea nimiæ feritatis in feris.

Iam vero animantum insaniam falso ego, nisi in vniuersorum Naturam traducam, quum nemo vnus æquitate vlla arbiter ausit, possitque damnare feras feritatis: Et tamen illas in dies ex iugorum tumulis, inter vmbras nemorum, in Oceano, illa Africa monstrorum (vtinam immerito!) formidamus. Magnus Macedo in Indica expeditione interiectum mare emensus non aliter quàm cum hostium acie classem contra Thynnos instruxit: Baleares contra cuniculos Augusti subsidium implorarunt. Neque vllum tam sordidum est, & indignum communi Orbis ciui-

tate,

tate, quòd non maieſtatem hominis læſerit, etiam proculcarit. Hic ego veſtram fidem obteſtor, (AA) quid inter hęc Natura aliud eſſe poterat quã præda hoſtium pudendorum, niſi accurriſſet ars quę in Thynnos balliſtas, in cuniculos caſſes, muſcipulas, arcus; in alias, qua tela, qua tormenta, in omnes ſe ipſam vibraret? Ita deſtituta arte Natura ſui impos eſt, præſente ſuperuacanea. Lepidus in triumuiratu deductus à magiſtratibus in nemoroſum hoſpitium, minaciter cũ ijs poſtero die expoſtulauit ereptum ſibi ſomnum volucrum concentu. Ergo illi draconem longiſſima membrana depictum circumdedere loco, eoq; territæ aues obmutuerunt. Quis hic natum animal picto anteferret, aut deeſſe ſibi interim illud, ac non abundare quereretur? ſed ad encomium artis, quo Naturam laceſſit nihil

Artificioſus Draco natas aues fugat.
Plin. li. Nat.

hil illustrius vidit Sol, nihil altius intonandum eloquentiæ transmisit, Syracusia absidione, quum ingentis imperij vires cum vnius ingenio luctatæ, nil ediderunt aliud, quam huic argumento magnum suffragiū. Dudum siquidem huius Vrbis Senatus recuperandæ Siciliæ imminens; in Syracusas telum suum strinxit; nempe is erat, & audiuit Marcellus, qui classem sexaginta triremium munitissimæ vrbi obiecit lanceis, missilibus, pilis, pluteis, fartam, tanquam iam tum è Lemno soluisset. Nequidquam tamen: intro Archimedes erat mathematicus Briaræus, qui ciuibus metu consternatis ludibundus ipse hostem retro egit, saxa in phalangas iaculatus, trabes in naues explodens, quas (nesciam quo implicamento) proræ morsū rectas in puppi statuebat. Tum vero elidebat in Syrtes, surrigebat in auras hominum

Archimedis portētosa mathesis.
Polyb. Plut. Liuius Pli. Fab. Qu. &c.

minum

minum millibus millibusque inde tanquam è funda iactatis. Atque, ne quod ei elementum non militaret, ignem aquarum antiperistasi accendit: nempe in paralello confinio ahena specula, tanquam geminam ripam collocauit, quorum solido repercussus sol, atque obice irritatus interiectam classem protinus deuorauit. Vidisses stridentes in aquis anchoras, displosas in altum naues, sentinam ignis ructare. Doleres frixos militum vultus, fumigabundas remigum manus; obstupesceres crepitantem grandinem, meteora cælis illata; leuitare vndam, nauigari ignē, æstum æstu misceri. Quid hic Romana iuuentus diuina origine, calenti sanguine vicit? aut quid artifici detraxit, quod inter generis sui authores Martem non legerit, quem Mercurio fudit?

Romanam classē & Marcelli obsidionē soluit.

Qua in voce ego vasa colli-

Ars & Natura veniũt in communionem laudis.

gerem, neque porro in his dicendi castris stipendia facerem, nisi timerem hæc, quibus laboranti Arti aduocaui, arbitratos vos, quoniam postremo dicta, mihi probata esse, velut vltimam voluntatem. At enim non ego tam mihi perfidus, Naturæ ingratus, vt fixa ei semel trophæa, & decretum Physici senatus-consulto triumphum, adulatione artis in populi gratiam reuocarim. Quinimo ipse ego illi acturus eo præconem, quo omnia ei compitatim cedant in hunc sui Orbis Circum magnum, vadenti, ita tamen vt Artem ad communionem gloriæ admittat. Neque enim hęc ego trutina libro, cuius lanx aliqua alterius eminentia grauetur; quin vtramque eidem stateræ appendo, vbi Ars Naturæ momenta, & pondus addat; Natura artem recipiat in ipsam etiam solitudinis societatem.


Nem-

Nempe si ego huius principatus corollam Arti assererem, instrumentis eam negarem, quibus ars ipsa quam maxime est artificiosa? Absit: ergo nec artem Naturæ appendicem ea exuam, vt quũ hoc motus statusque principium primis adoreis donauero, limam illam, & Colophonem operum Artem ad secundas aspirantem repellam. Quin potius pleniusque hanc parientis Naturæ obstetricem, humanitatis nostræ organum, eodem curru, communi paludamento excipiam, sine qua Naturam ipsam nasci puduisset. Adeo iam præcipitante in vesperum die, in exitum oratione, id vnum video mihi vos extremum rogandos, vt quem fixè hactenus dicentem sustinuistis, ita me denique applausu vestro, lata sententia dignemini, ne tanta in orantem benignitas cedat in argumenti præiudicium.

Oratoris inertia in arte tuẽda.

Dico, ne iam vltimo artem, Arti defuisse existimetis, ne Naturæ quidem, sed artifici; qui vtique tam ancipites partes, ac præclaras sola temeritate sustinerem, etiam tentassem, nisi (quod notastis,) ipsæ me dum deprimunt, subleuarent; quoniam tam munitis causis par est etiam impar patronus.

ABSCEDO.



PRO-

PROLVSIO
Octaua.

De Fortuna, & Fato.

ORatorum vulgus, etiam optimates (Auditores optimi) si quando videri volunt sine diligentia diserti, protinus exerto styli mucrone, iugulum causæ petunt, quam in suffragium ignorantiæ suæ causantur modo sterilitate effætam, alias vetustate impexam, vndique asperam, arduamque, & quæ calculoso itinere campum non præbeat amænitati. Hi tamen ad famam suam argumenti infamia grassati, etiam apud doctos quan-

Asylũ, & prætexta sterilitatẽ Oratorum.

dam peccando impunitatem adepti, nescias quale ius sibi in ininriam fecerunt; & , quod acerbius deplorandum est, tam immane audentes, & candorem fuco mentiti, non reliquerunt sinceritati suum colorem. At enim vt illi his ambagibus apud imperitos plausum, a doctis veniam assequantur; sed ego iam toties totiesque humanitate vestra fretus, iam iudicijs nitar, vt eodem apparatu verborum suscepto oneri præludam, nihil interim nisi parcitate peccaturus. Hic nimirum periculum periculo redimendum est, atque inter reciprocantes alternè insidias cautio ipsa pœnissime euadet incauta. Fatum, & Fortuna pro arena se inuitant, incessunt, atque in huius aulæ Pharsalia magnis animis aleam iaciũt Orbis terrarum. Fatum, & Fortuna, Deus, quæ nomina odiorum potiùs quàm partium, quo-

Aliquãdo quadrat argumẽtis vt in præsentia.

quorum quodque cum nihil alteri indulserit, nihil sibi negauit. Et hæc tamen componere me opportet, singula inuicem, me vtrique commendare, vt inter Ceraunia hæc tuto æquore velificatus, neque obiectorum inuidiam, neque mei nominis naufragium in lubrico illo, atque inter vndas argumentorum incurram. Sed vtcunque illud erit, vela dabo, & cùm neutri par sim, vtrumque tentabo: Vos tantùm aspirate interim (AA) Fauonijs vestris atq; Ethesijs gratiarum, vt inter Libycas syrtes illa aura medius ferar, ne in Siculis abyssis sortis & necessitatis, nequidquam Scyllæ faucibus eripiar, Charybdis æstui reseruatus.

Atque vt aliquando hoc littore soluam, placet in primis stabilire id in quo stamus, vt esse Fatum credamus, eorum quæ in hoc theatro Orbis aspi-

cimus

cimus non causam modo, sed partem. Nempe id quisque leget in ingenti volumine cælorum, spiranti siderum charactere exaratum, quæ non contenta figuris, situque suo Dei nomen describere, pergunt motu, sonoque illius gloriam enarrare. Enimuero Fatum cogitat qui Deum credit; nisi hunc aut nescire opus suum, aut negligere certe mentiatur. quod si vtrumque deierat, iam eo vsque sapit, vt intelligat ipsum, tanquam æternum aurigam currui huius Vniuersi insidentem, omnia quæque in metas ipsorum impellere, singulorum opera, suo nutu. Quod si, non modo potestati eius, sed nec voluntati potest obsisti, iam in aperto esse existimo, id exactissime ab omnibus agendum esse, & ferendum ad apices vsque & vmbras, quod definiuit ille iam olim, cuius arbitrium operis sui non modo

Asseritur Fatum.

Ps. 18. v. 1

Rom. 9. v. 19.

modo lex est, sed impulsus. Nam si quid sequius in ipsius repub: euenisset, tum illa phęnomena in cælo videremus, vt Deum & vim pati, & errori obnoxium admiraremur: Vt quisquam illi classicum canere possit, & cum Titanibus castra ex aduerso metari. Quin, quid obstet ne fabulam agat, & cum Saturno à filijs cælo, ac solio deturbatus, ad ludibrium vsurpare possit puerile illud, *non putaram*. Quod si his, & reuerentia numinis, & obsequium fidei, ratio ipsa reclamat, illud denique à quouis sub insaniæ mulcta exigendum est, vt quicquid illius lingua, fati calamo descripsit, id vtique velut characteres in Olympo depositi, nullo tempestatum flabro possit aboleri.

Sed quia hæc philosophiæ theoria plerumque surdis canet, nec per me corrigere iam potest, nisi antea imbutos, ve- *Romã omnis fabula theatrum.*

pia-

niamus ad historiæ apodixen, & arietes exemplorum, quæ quidem ex vrbis qua agimus militia, ita ad instituti mei victoriam deduci possunt, vt non alio edita Roma videatur, quàm vt fatorum imagines posteritati legaret. Ex his autem lubens in hanc scenam Te in primis C. Mari inducam, an omittam tam densè ab alijs inductum, sed necdum satis, hominem obscuris natalibus ita grauatum, vt panem suo sudore obsonaret, qui tamen adamantino consilio Fatorum per gradus omnes prouectus Tribunatus, Aedilitatis, Præturæ, vxore Iulia ex Cæsarum familia, publica confessione pop. Rom. tertius Vrbis conditor, septimo consul est salutatus. Et quanquam interim fortunæ inuidia ex his fastigijs vnde vnde deturbatus, sed immortalibus fatis in tot agonibus fretus, tanquam Phœnix ex cineribus

Val. li. 6. c. 11..... Luc. li. 2 Phar. Salu. Iuuen. Satyr. 10. &c.

Fatum in C. Mario illustrissimū

suis

ſuis reſpirauit. Hic nimirum eſt ille Marius, qui in Scyllana tempeſtate Roma fugitiuus, à nautis apud Circæos eiectus, pene bis perijt, cùm nec ipſum terra, nec ipſe mare pati poſſent. Ibi paulo minus fame enectus, audit à paſtoribus iam tum abijſſe inde equitum turmam, qui eum ad ſupplicium poſtulabant; & digna fide, ipſe eos imminentes ſibi protinus vidit, doluit, fugit veriùs quàm vitauit, onerariæ naui ſeruorum manibus iniectus, ſed nequidquam; à tergo premebant equites, qui nautis mandarunt, vt ſubducerent nauem, certè Marium littori, & ſibi redderent. Factum, eiectus autem vt euaderet, puteos & foſſas enauit; in vna delituit, virgultis & cæno oppletus nec occultus, hoſtium iræ patuit, à quibus Minturnam ductus Cimbro traditur iugulandus. Quid inter hæc

Marius, quid nisi mortem voluere? Ita ego, sed ille (creditis) septimum Consulatum somniabat, quia nimirum fatis eum portendi sibi diuinauit, quum olim minorennis, & adhuc agrestis, nidum aquilæ cum septem pullis illabentem veste excepit. O illum (exclamabo etenim) ter quaterque beatum, imperaturum adhuc septimo ijs securibus, quæ ei modo minantur. O fidem fatorum, quam in alio Imperatore luculentiùs aspicietis, non vllo prius quàm ipsius perfidia dissolutam.

In M. Sertorio non minus.

Is est M. Sertorius, qui à foro orditus, linguam in quæstu habuit; tum vero ad castra mouit, vbi præclarissimorum ducum peritia nulli secundus fuit, fortuna omnibus; quæ in expeditionibus plus molestiæ ei, quam aperti hostes, intulit, tanquam Iuno Alcidi noua indies monstra offerendo. Ille

autem pertæsus hydram Vrbis, quæ tot capitibus sæuiebat, in Hispaniam contendit, sed maritimo æstu ad promontorium eiectus, transitum à Barbaris redemit. Mox inde repulsus, primum Carthaginem, inde Africæ Marusiam aufugit; vbi rursus Barbaris congressus, rursus in Hispaniam, inde in Atlanticas traiecit, toties eo Euripo absorbendus, nisi eum fata naufragum tabulis suis excíperent, vt nouæ Romæ ædificio reseruarent. Adeo quum ipse exularet, alios interim Ciuitate donabat: Atque, vt vos aliquando stratagematum eius spe absoluam, leuissima manu copiarum, quæ vix septem millia impleuerat, Romanorum millia centum viginti octo fudit. In prædis prouincias numerabat, clarissimos duces, Cottam naumachia vicit, Metellum obsidionem retractare egit, Pompæum cladium

suarum testem, magnitudinis pudore affecit. Sed quid non auderet, qui fati telo pugnauit? pugnauit autem Sertorius, cæterum enim non chalybs, non cataphacta illum aduersus fortunam munijssent, nisi ille adamas fatorum contra rationem, vltra naturam, viribus vim fecissent. An non indies inopinantes nos feriunt quæ arrident, iuuant quæ minantur? Cyrum Mandalæ filium canis educauit, Telephum cerua, Romulum lupa, Aegystum capra, quibus cæteroqui pabulum essent non alumni, nisi fatorum magisterium cicurasset animantum feritatem. Quod cùm illa, & ausint sæpe, & posint semper, profecto pariam est vt scrupum omnem, atque ambiguitatem fati ad fortunam transferamus. Sed ne id agatis ipsa inaudita, vestræ æquitatis erit, mei oneris. Quanquam reuera pro Fortuna

Vide Aelian. lib. 12. var. c. 42.

na leuiter admodum velitandum mihi est, cum stationem suam fixo vestigio etsi meliori pace quàm fide possideat. In diuitum penu est, in pauperum votis, vt quanquàm Vniuerso ipsa abesset, sed desiderijs accerseretur. Quot illa ducibus iam tum conclamatis, victoriam, ita vltra ordinem dedit, vt propriores periculo fuerint, qui vicerunt? Quot classes & quoties, reclamante Aeolo, stridente Neptuno, in portu sorbuit, quas inter procellas seruauit; atque ita Fati ordines turbat, vt persuaserit plerumq; plus impetu, quàm arte geri, atque aliquando consultum esse consilia ipsa cauere. Nealces quum equum cætera exquisitum pinxisset, spumam, quæ anhelo erumpit non potuit pro suo voto, & veritate humoris exprimere, ergo tentatam retentatam, denique intermisit, & lassatus irritis co-

Fortuna asseritur.

Picturæ euentu. Plin. lib 35. c. 10.

natibus,

natibus, quum peniculum quoque bile ebulliente in telam vibrasset, tam delicate illi colores illeuit, vt quam simillima verę spuma videretur. Quis hic non videat fatis derogari, quæ canonibus ac gnomis rationis omnia architectantur, quum tam illustri paradigmate aspiciamus artem ipsamq; inertia doceri?

Rhodopidis fœlicitate. Ælian. lib. 13. var.c.32

Sed pro omnibus vna videtur mihi in hanc scenam conducenda Rhodophes illa Aeliani, quæ hanc fortunæ fabulam Roscio melius declamabit. Illa aliquando intra pomarij sui secretum quum balneis se nudasset, & ancillæ tanquam nymphæ Dianam circum fusæ, mundum interim obseruarent, illapsa ex alto aquila ex calceis alterum rostro morsum Memphin abduxit in Psanetici principis sinum Excepit ille lætabundus augustæ alitis officium præsagio amplioris, atque intuitus

tuitus morosè, ac pensiculatim oblatum, notauit quidem in incisionibus alutæ artificis ingeniosam manum, sed amauit in alueo calceamenti fœminę dexterrimum pedem, quam tota Aegypto quæsitam vxòrem duxit. Huc Te volo, logodædale astrorum, qui opportunè importune nihil nisi Fatum faris: an Tu hanc indignissimæ fœminæ dignitatem Fatis tuis non dico vendicabis, sed admittes; ac non potius volens lubensque, vt anathema fortunæ temeritati trades? Sed ludo operam, qui in Rep: fortunatos, aut in his sortis beneficia vestigo, quasi non facilius sit inuenire infœlices. Eo potius styli acies vertenda mihi est, vt quoniam hucusque, rationum armis, populo exemplorum id euici, vt vtram iure communi calculo, Orbis habitatione donarem, iam ipsas ita inuicem insinuem, ne quæ alteram

Fati, & fortunæ duellū. teram ex vtriusque patria profliget. Nempe inuident alterutrum Fortuna, & Fatum, vna alteri pugnat, vtraque mihi, qui partes tam crudè inimicas vnius orationis argumento, eiusdem pegmatis cancellis ausi magis quàm potui circumscribere. Etenim qui Fatum angulo vllo locat, Fortunam omnibus proscribit, quum illud angustius excipi non posit quàm Vniuerso.

Vulgaris replica aduersus prouidētiam. Quotusquisque enim hominis nomen induit, nisi cerebrum fungo mutauit, quin ita apud se rhetoricari posit, à me expostulare: Hoc, inquiens, quod fœlicitas dicitur, & inter nos iactatur, aut necessitate nobis imminet, aut sorte nos contingit. Et quidem si postremi optionem feceris, confirmasti te in fortunæ asertu ne receptui canas: à tergo autem posticis insidijs pates. Namque an non vero aberit, quod du-

dum aisti omnia fato geri, si nonnulla à fortuna diuiduntur: Quid etenim illius lancibus, & stateris amplius abest, quàm quæ huius temeritate spargun- tur? Sin vero in fiscum fati omnia contuleris, iam in pri- mis fortunam vndequaque etiam è suis insulis relegasti. Tum vero etiam fata acriter verberas, quæ sola iam omnem fortunæ intemperantiam, de- bent sustinere; atque ita cau- sas adferre, cur aliquando (nam quando non?) virtutem vmbra egestatis opacet, vitia princi- patu illustrentur. Ista sedeant, illa sudet, equleum patientia absumens, vt iam plerique in- nocentiam tanquam pericula metuant, turpitudinem inter diademata venerentur, Quis vnquam adducetur, vt credat Dionysium prouidentiæ suffra- gio tyrannide donatum, Socra- tem ad cicutas coactum? Quis non fatalem arbitrum iudicio

ſpoliaret, qui Neronem Auguſtum Vrbi Phaëtontem aſſignauit, cùm domi Germanicum haberet, Senecam Corduba accerſiſſet?

Hæc atque alia, quæ huius ſunt modi, quis in illa cęleſti luce ita aſpiciet ne palpitet, atque oculos ipſe auertat quodam (ita inquam) prouidentiæ ſcãdalo reuerberatos? Et tamen magis me percellit quod video hoc fatorum imperio, & iuriſlatiſsima dictione vendicatam malis impunitatem, & quoddam ius iniuriæ, dum quiſque ſe autumat in probra trahi antequam vadat, hoc fatorum præiudicio obligatum. Etenim inquiet, (nec nequidquam credes,) quod ego aliena bona inuado, mea prodigo; quod pietatis horas Circi pompis impendo, nec voluptati modum niſi impotentią pono, probitatem niſi dotatam non admitto, fateor, male mihi conſcire,

Videtur fatum vincere nos.

ſed contendo vitari non poſſe. Nimirum hæc in ſtamine mihi neuit fatalis parca, hæc mihi ante me ſapientia Dei præcudit; arbitrium deſtinauit, vt etſi me videam legibus in vetitum occurrere, tamen obijci me ijs potius cenſeam, quàm obſtare, neceſsitate aduocante abſoluendum.

Fateor quiſquis es Oedipus, griphum obieciſti Spinge dignũ; quantus Gordius es eleganti acu nodum implicuiſti Alexandri enſe irrumpendum. Quam ſecundo Aeolo nauis noſtra hucuſque prouecta Fatum ipſis Fortunæ inſulis intuliſſet, niſi huius Lybiæ Syrtes, atque Euboeæ Capharæa occurriſſent? Hic etenim illa Marci Tulli facundia ingenti ſincopa obmutuit; ibi Zenonis ſapientia ipſa deſipuit: in eodem diſcrimine impari funere elati, alter præteruectus fæliciter placidum æquor libertatis ad neceſsitatis

Argumentũ vulgi re textu difficile. M. Cic. 2 de diuin. Stoa apud Auguſt. 3. de Ciuit c. 8.

ſcopulos impegit. Prior autem vindicijs libertatis prouidentiæ commiſſuram truncauit, & dum incautè cautes illas declinaret, in malacia ipſa, ac tranquillitate naufragauit. Nec ſolus: ſed quis ego, cui vacet vllius etiam Vlyſsis errores veſtigare? Vt ergo protinus cauſæ caput inuadam, atque improbos hac latebra excludam, qui ad anticipantem curſum fatorum, tanquam ad aſylum fugerunt; do illis quod aucupantur, vt fatorum æternitas ipſorum ſeras voluntates anteuertat: Indene conficient præreptum ſibi ſui operis arbitrium, vt pati illud, non agere debeant, & ad ſcelerum licentiam, hoc eſt, homicidium animarum, tanquam pecora ad victimam trahantur? Id vtique cenſeo eos ſentire, ſed quã frigide, & friuole, rubeſcant; quaſi non poſsit diuinitus liberum quidpiam decerni, & neceſ-

Sed retexitur tamen.

cessum esse habeat quoduis, eo quod futurum est. Absit amentia, nam & Deus præuidit, ac prouidit iam olim in calendis æternitatis illa a nobis, qua committi opera, qua omitti, sed arbitratu operantum, qui vtique nihil perstringitur, dum vtraque sic ei destinantur, vt faciat ipse delectum. Non equidem ausim ire inficias, his pensis fatorum causis quibusdã vincula neri, omnibus posse, ijs scilicet, quæ ad opus solo impetu naturæ irritantur. Sed tu etiam admitte (vt deponamus aliquid in commune,) posse hæc a diuina libertate ita digeri, ne arbitrio creaturarum seruitus vlla inferatur. Idem imber pluribus areis illapsus, in quam graminum differentiam redundat? Ipsa aura ijsdem follibus in multos siphones aspirans quot numeris modulatur? & adhuc ambiges an aliquando Fatum, id est, spi-

Fatum naturalibus causis habenas stringit, liberis laxat.

raculum principis caulæ ita in sequentum canales dispensare se posit, vt quibusdam vim non inferat, etsi omnibus vires ferat? An adhuc docendus es scalenum illum cælestium, & inferorum, vt ibi concurrant, quæ in nostratibus sparguntur? Non audis, vides, metuis fulmen obstantia irrumpere, cedentia seruare? In ascopera auri contumaciam frangit, bulgæ integritatem permittit. Ipsum quod in homine distinguit, cuius ossa tanquam refractaria iusto bello tundit, quum interim carni ignoscat, mollitudinis quadam deditione succumbenti. Et quid nos fascinat, ne fateamur Deum, cuius tam ingeniosa sunt arma, natura agentes cogere, liberas tantum adiuuare?

Fulminis ingeniosa violētia

Fidium miracõsonãtia

Si ea est fidibus fides, vt cum in diuisis psalterijs ad sympathiam hinc inde temperantur, atque vna quæcumque feritur, pro-

protinus in altero similis etiam non icta remurmuret, quidni capiamus, vt vbi se mouerit summi Dei voluntas prouidentiæ plectro, humana protinus, tanquam paralella primæ sine vi, fraude, seruitute vlla sequatur? Certè nihil hic noui deprehendas, nisi ipsam nouitatem, vbi illustris veritas vulgi ignorantiam, ac desuetam claritati aciem inopino fulgore perstringit. Delrio lib. 1. magiæ c. 3. q. 4.

Rideas pupos, qui iiculariter permisti sustinent se alterutrum, etiam lacessunt: Quorum tamen si quis personam exuat, seniorem indutus cui canitiem larua promittat, protinus fugitiui alij, latebras curriculo venantur. Ipsum in præsentia recurrit in adulta puerilitate stultorum. Casum, & Fortunam, tanquam recens nata admittunt, fati æternitatem execrantur; cum vtrobique idem, hic horreant,

illic amplectantur.

Sed vt vtriusque commissuram populi oculis, quod aiunt, vncialibus litteris offeramus, date mihi veniam, regi locum, vt ex Samo Ioniæ Polycratem tyrannum in hunc senatum introducam. Hic nimirùm Amaltheæ alumnus Fortunæ adipe, & sua lubentia ita saginatus est, vt nauseabundus, ipse in votis haberet aliquid suo voto deesse. Ergo nauigio in altum subuectus temere aquis prodegit regium annulum, cui dilecta ei sardonycha palam implenit, vel hoc saltem doliturus. Sed quid ageret? pati non potuit, proximè enim cænanti oblatus piscis annulum reddidit, & in illo gemmam. Quis enim hic etiam Andabata non attrectet vtrumque, Fortunam velut sacramento Polycrati deuinctam, cui non licebat egere. Quis tam stupidus non notet ibidem fatum palam blan-

Polycratis tyranni pœnitēda fœlicitas. Herodotus lib. 3 Sabellic 7. æncad 2.

blanditum, tacitè insidiatum, dum non contentum illo vectigali aduersitatis, velut oblatum respuens annulum remisit. Scilicet noluit eum eo supplicio premi, vt extremo referuaret, quando ab Orante Persarum satrapa captus, quum maxima pœna doleret, maiori dignus videbatur. Ecce ergo scopulum, ad quem popularia iacula refringuntur, imo resiliunt, & scioli textores suis ipsi cassibus implicantur. Quem enim iam percellit torquata iniquitas, virtus pessium data, infulæ illæ impiorum, quorum libidini pietas in prædam cedit eoque pretio, nedum impunitate, vt videatur Deus ipse innocentiam vindicare? Hæc, inquam, atque id genus monstra, quæ furentis plebeculæ querelas irritant, impotentia animi parit præcipitantis in sententiam, prius quam huius vitæ fabula peragatur.

Festucariæ obiectiones vulgi ruunt.

gatur. Nempe si periodum actionis operirentur, tum denique in tragœdiæ catastrophe satis plausum darent, quum ipsi experimento discerent, calculis approbarent, Deum ad vindictam mora ipsa pergere, pænas ad pœnam dissimulare: nam quis quid diu credidit, nisi cum fœnore repetiturus? Eant ergo, & insaniant Assur in Hæbreos, Domitianus in philosophos, Nero in Christianos, dum interim ipsi ex crudelitatis semente vberrime mortem metant. Audiatur Vitellius ferali axiomate exclamans optime olère occisum, dum ipse in exemplis numeretur. Sit votum Caligulæ, vt Pop. Rom: eiusdem ceruicis sit vna iugulandus, dum ipse polymanum in sua esse deptehendat: vt omittam in vespera hac, & agone orationis vtriusque populi versas vices, muta-

Tyrannorum feritas in sanctos prouidentiam nō labefactat.

Seneca. Suet. in Calig. n. 30.

ta

ta ſtipendia ; quando probus quiſque pœnam hic explet, impius auſpicatur. Sic etenim lances illæ alternis ſidunt, & leuantur. Summa diuitum miſeria eſt non fuiſſe infælices. Atque vt aliquid Scripturarum Elyſio decerpamus: Illa illa fatorum æquitas eſt digna authore, vt dum in typica Aegypto exulamus, Pharao cum diademate, Iſraël cum cophino procedat. Dum in hac figurata Babylone coquimur, ſancti cum Hieremia plangant, Aſſur Sancta ſanctorum conculcet.

Alludit ad Exod. 6.1. vide Ap. li.7. ep.6.

Et quoniam ad tropos diuertimus, patiemini me longæ orationi laciniam aſſuere illuſtris allegoriæ, quam Græcorum didaſcalus (diceris huic argumento) texens, credidit Fortunam olim Aſſirijs moroſè defunctam, Macedoniam ſaltu prætervectam, quum per Aegy-

Fortuna Romæ alas exuit.


ptum, & Syriam regna transtulisset, Carthaginem sæpe complexa toties repudiasset, postquam transmisso Tyberi Pallatium intrauit, deposuisse alas, talaria exuisse. Ita etenim posteaquam Romanam, hoc est vniuersorum, Ecclesiam ingressa traiecto Tiberi Vaticano innauit Fortuna nihil fortuiti, nisi titulum habet: Poëtarum fuco defæcata, Stoycorum vittis explicita, exhibet se fidelibus fatum alterum, reiecta persona. Tum siquidem vtrumque exactè distingues, quum confundis: vt sors publicum fatum sit, fatum occulta fortuna. Vt nauigij quo in hoc Oceano vehimur prora Fati sit, puppis Fortunæ; in quam ita liceat primitùs vento incurrere, vt illa inprimis promoueatur. Ita denique orationis meæ, audi-

Plut. de Fort. Roman.

tus

tus vestri epilogus esto, nihil vsquam in Mundo permissum temeritati; nec in tot ruinis cadere aliquid, sed dimitti, Fati perpendiculo, cuiusnumen sub Fortunæ nomine adoratur.

HACTENVS FATVM.



PROLVSIO
Nona,

In libros de Cœlo, & Mundo.

HOdie etiam (AA) reduci ausu eo trans oratoriæ vsum, quo in corona quaque dicturus officiosis periodis, & plenis illecebræ captat circumstantium auditum. Quasi vero hic cuiusque auditorum patientia in quęstu esse debeat, cùm compitatim iam fidicinum plectra, & mercenaria ora ad psallendum conducantur. Et id tamen non modo in vulgi praxin, sed in ipsorum rhetorum senatusconsulta transiuit, & dicaculi aliquot, indignitatis suæ conscij plausum adulando mendicant.

An liberali oratore dignũ officiose auditũ suorum ancupari.

cant. Deploranda certè magis quàm eruenda occasione, & quæ nescias vtrum temporũ vitio constet, an hominum: Certè autem sine fuco vllo fatendum est ipsis nobis, quod oratoriæ sanæ cum maioribus nostris, aut scientia perijt, aut æstimatio: vt vel nos patrimonium eloquentiæ tueri non potuerimus, vel eam vulgus assiduitate fastidiat, aut denique (quod propius vero censuerim) vtraque in vnum coiuerunt, quod est, prius in se artem, quàm apud alios viluisse, & supercilium populi ex oratorum infœlicitate oriundum.

Nam vt aliquantisper pedem retro feramus, ad antiquitatem prouocantes, an emisse Isocratem auditum orationibus suis creditis, qui vnam viginti talentis vendidisset? num ambitu eguisse ad auscultationem sui Roscium comædum existimastis, cuius gratia M. Tullius Pop.

An id olim in vsu?

Macrobi 2. satur.

Pop. Romanum acer increpa-uit, quòd eo gestum agente, tumultuarit? Vnde (Illustrissimi DD. Religiosiss. PP.), qui mecum persuaserit sibi, vos huc hodie humanitatem veterum, religionem recentium attulisse, satis sibi ad concilij gratiã videbitur velitasse, si in vos animi aciem, & auaritiam omnem locauerit, certus sartusq; præiudicatam sibi causam vestra benignitate. Quam ego, quia eloquentiæ lenocinio non ausim mihi promittere, studui argumenti nobilitate promereri. Nemo olim quanta quanta fame sitique lacessitus libare aliquid vellet, ex ijs etiam, quæ Phæacum tabulis inferebantur, vt interim Vlyssim audiret errores suos verissime referentem, : Et quidni ego spondeam mihi candidatorum cælestis Mundi benignam aurem dum ipsius atque astrorũ, quibus subest errores nihil minus

Vlyssi facũdia

Plut. libel. Nec suauiter &c.

nus

nus quàm erraticos in Christiana celebritate declamo, laboranti industriæ succurrens obiecti dignitate?

Age ergo, esto humanitatis vestræ, meæ orationis scopus, vt paulisper cogitatione saltem in patria nostra peregrinemur. Sit auaritiæ nostræ irritamentũ illius regiæ diues memoria, cuius amplitudinem nec immensitas ipsa euadit, quæ pretium omne intra se circumscribit, sibi eadem, omnibus omnia, modo in pauimentum sidit asarotis bellissimè interpuncta, modo in fornicem arcuatur illustribus pyropis accensa, modò Cyclops, aliàs Argus, totum exactè, non motu solum sed figura circumducta. Nobilissimum theatrum, in quo occurrentibus quibusque Mars bella mouet, Venus delicias propinat, Sol fæneratur, cætera mutuantur, tota illa hebdomas Planetarum in-

Cæli excellẽtia celebratur.

ingeniose errorem mentita, lasciuit. Plures in Aplane circumfusæ faces diuersitatem regionum vident simul & faciunt, indociles turbari. Et quid cui charius quam in baltheo illo Zodiaci tanquam in magno Circo pecora ad voluptatem furere, ad securitatem cicurari? Taurum cornibus turbulentum, tantum minari; Sagittarium tot seculis tentabundum, meditari potiùs ictum quàm emittere, atque alias aliasque rerum facies minus quam personas, velut exarmatas apes aculeum dimittere, voluptatem stipare? Quę profecto ideo nobis chara esse debent, quia cara non sunt, expectant spectatores. Et nos tamen beneficijs illius non indigni magis quàm ingrati, omnia excipimus, nullum estimamus. Certè autem qui cælum simul, & hominem attenderit, deprehendet vtique vtriusq; fabrum alte-

Zodiacus.

Cæli, & hominis reciproca symmetria.

alterum alteri ità molitum reciprocante ordinatione, vt non facilè definias quid cui magis coniugarit. Etenim rectus & basilicus hominis status, os illud sublime à terræ aspectu, & pecudum pronitate absolutum, planè pleneque suadent eum alterius & altioris obiecti destinatum esse spectatorem. Iam verò illa cæli deuexitas, tam tornatilis arcus quaquauersum omni horizonti in gyrum exactè circumductus, profectò non aliud inculcat quàm augustam fabricam suo hospiti ita addictam, vt non possit modò, sed velit videri. Et verò huic ponderi, quo superiora ad nòs inclinantur par nostrum impetus respondet, quando innato pruritu sursum ferimur à magnete illo cælorum inuitati. Anaxagoras quærenti, quorsum se à Natura editum existimaret? vt cælum inquit, & solem intuerer. Ita ille opulento pa-

Innatus nobis ambitus cælorum.

patrimonio diues, nobilitatis traduce Superbus, ita dico non inquit modo, sed egit, quum illis omnibus, quæ beatulum ipsum vulgo commendassent, ne vtiquidem dignatus est, vt cæli aspectu, & conscientia frueretur. Eudoxus etiam Phaëtontem agere spopondit, dummodo interim solarem currum non dico aurigare, sed è vicinia intueri posset, protinus in manes & cinerem redigendus. Ergo certissimè id ingenio uestro dignius, industriæ charius esse debet, vt æterna sapiamus! quæ tempus faciunt, quàm fortuita quæ absumunt; vt in illo volubili libro celorum legamus potius quid faciẽdum, quàm in codiculis nostris quid factum. Ibi enim, (absit inuidia superstitionis,) decumanis litteris olim iam descripta sunt, quæ ex nostra ignorantia induunt nouitatem. Idem vtrobique est, illic fatum, hic for-

Cælum studio nostro dignius.

tu-

tuna, quod quia pusillum quempiam specie scandali verberare potest, placuit ipsius fidei authoritate munire quæ timenda est, Nempe ille euangelicus Isaias in Synagogæ Vaticano præcinens supremi iudicij feralem apparatum *Complicabuntur* (inquit) *cæli sicut liber*. Isai.34. ergo interim patent aperti, vt in ijs, iam legamus, quæ tum desinent videri. Eat iam delicatulus quispiam apio non satis aspecto, & murmuret in astris aliquid apparere, cùm esse ib omnia credamus. Mihi pilos surrigit, vt hi characteres astrorum nobis subinde imprimantur, cælestibus typis; atque appareat siue stellas nobis, siue nos cælis mancipatos fortunam nostram in causarum imaginibus circumferre. Octauianus Aug. illud Imperatorum solstitium, in quo Cæsarum maiestas periodum fœlicitatis impleuit, ne nesciret cui fastigium illud re-

Cæsar cælatus stellarũ imagini bus. Suet.in.

referret acceptum corpore fuit maculoso, disperfis per pectus, & aluum genitiuis notis, in modum, & ordinem vrsæ cælestis. Ecce figulam tantæ fortunæ rotam cælorum, quæ mihi quidem videtur pro sua dignitate imminere magnis, vilia dissimulare, velut pabulandæ apes cacumina florum libant. Inferis, Tygris maculam alit corniculatam prorsus ad imaginem crescentis, & cedentis lunæ. In gemmis Sandastros, quæ & Garamantis stellarum Hyadum numero, & dispositione cælatur, non vtiquè alio consilio astrorum, quantum coniecturę tubo discernere possum, quàm quo olim Phidias ille rex scalpri, præstantissimo operi, scilicet Dianæ simulacro; suum insculpsit, quasi aliorum operum author credi volens, huius videri. Iam verò quæ procella eloquentiæ, quis æstus admirationis eo aspirabit, vt perstringat

Phidiæ astus. Plin. lib. 34. c. 8.

gat firmamentũ cæli.illam Cõstantiæ constantiam, cuius intimatum ipsis regibus consilium præsciri tantum potest, non caueri. C. Iulius, quanquam aliàs scientissimus ipse, & summus Pontifex astrorum, sed Martij fatales Idus excedere non potuit; Domitianus nec horam. Illud autem illustrissimum horoscopi facinus, quo Ascletanus Mathematicus omnibus medius fidius approbauit adamantem astrorum audere fascibus ac securi, non segnius quàm ferro & igni luctari. Is, à Domitiano interrogatus quis exitus vitæ ipsum maneret? respondit, fore vt breui à canibus laceraretur. Imperator ergo actutum perfodi eum iussit, & accuratissimè sepeliri ad ludibrium artis: sed repentina tempestate deiecto funere semiustum cadauer canes discerpserunt. Quanquam quid miremur peculium singuli ali-

Ineluctabile cælum. Brusius lib. 2. c. 8.

cu-

Gentes, & regiones cælitus disparata.

culus hominis cælitùs venire, vnde videmus regionibus leges describi, gentibus mores disparari, ac veluti obstetricante influxu, animis genios, terris climata definiri. Vide sis enim vt ab æquinoctiali æstus homines fugat, à polis rigor; Indis ad orientem diem natis color noctis inhæret, quia nimirùm calidorum siderum acrioribus radijs verberantur. Omnes eidem humo insistimus, similem auram spiramus, & interim tamen à nobis diuisi, veluti eiusdem speciei species Græci perfidi sunt, Hebræi ceruicosi; feroces Dalmatæ, timidi Phryges; feruent Itali, tument Iberi. Galli faciles sunt, Pannones duri sub vnius cæli fornice, in eiusdem terræ cliuo.

Mores hominũ alij aliique.

Aut, si mihi hic obest voles, dic amabo, quid rerum existimas quòd Corniculas Africa non videt; Astufcones nisi Hispaniam non dignantur. Da-

masco

maſco pruna, Lucrina oſtrea, Scaurus e Sicilia accerſitur. Vnde Adria vitro præſtat, cynnamo Arabia, Idume palmis; vnde inquias, niſi quia Sol licet omnem plagam ſiue recto radio, ſiue obliquo verbere ex aſſe feriat, aliqua tamen aſtra ſunt, quibus quia vagari non licet, nõnullis partibus ſemiſſe lucent, alijs ex dodrante, quibuſdam æternum imminent, quibuſdam abſunt.

Item terrarum fatus.

Neque vero in hac dumtaxat ingenti peripheria terrarum cælum ſe ipſum explicauit, quin in vnius elementi anguſtijs ſymmetriam ſuam veluti gigantem in tabella deſcripſit. Etenim ſi ignis ſub dio accendatur, quinque lineas aget totidem zonis pares, vnam medij fencidam, duas circum gelidas, ac totidem temperatas. Et quoniam in hanc ſtationem diuerſum eſt, priuſquam hinc ſtylum moueam, illud quotuſquiſque

Ignis cæli inſtar quinq. Zonis lineatur.

conſiderat, vt idem aſtrum, (is eſt Sol,) non ſolum viciſſitudini temporum diuiſim par ſit, ſed ſimul. Ipſe ille nobis in Vrbe hiemem denſat, annum auſpicatur; Quinſai interim in æſtatem bullit, Scythis vernat, Peruanis autumnat. A nobis in noctem præcipitat, Bactrianos iam primum ſalutat: In tot dies vnum diuidit, hic orientem, alibi adultum, diluculum, crepuſculum, ſexcentis flexibus eundem vultum oſtendit. Vultis id audeam,

Luna Sol eſſe aſſerta.

(auſim enim ſi velitis,) aſſeuerare, quia ſol luna eſt. Illius enim lux eſt quæ in hac apparet, tanquã quodã ſpeculo formata; quæ modò cornua acuit, modò ſphæram obtundit, ponè dimidio orbe integra, ante ſemipatente hiatu exhauſta, quà mucrone aſpera, quà marginibus rotunda, maculoſa, ſinuoſa, imbricata, plana, concaua, tot in alieno corpore fi-

guras

guras induit, quæ in suo nisi optimam non dignatur.

Iam verò quid dicam de octaui orbis luminibus, quæ cæruleum Firmamenti sudis ignibus, tanquam mala aurea lectos argenteos ornauerunt; quæ Aplani suo inserta planetas omnes eminentia situs superarunt, tanquam digniora aspici è superiori loco. In illis semper similes passus, dissimiles periodi, pares formæ, impares facultates miraculum familiaritate amiserunt. Ego certè, vt cætera hinc differam postliminio resumenda, quum ad moles eorum animi oculos extendo, fateor vastitate illa reuerberor, & velut Atlantem interim acturus, ipsa cogitatione immanium corporum fatigor. Nam quem non percellat, solem, qui non plus suæ sphæræ quàm nodus tabulæ occupauit, terram tamen, quàm patet latissimè, cēties sexagies sexies superare, vt

Stella firmamenti.
Prou. 25

cùm tot orbes terrarum ex ſolari carpſeris, adhuc aliquid nouæ admirationi ſuperſit. Ex ijs aſtris, quę in Galaxia, tanquã teſſellæ, & atomi rareſcunt, plures ſolem ſexagiès, plurima terram ſeptuagies bis, omnia lunam trecenties, ſeptuagies bis æquare, etiam excedere; quæ cum in illo campo Firmamenti maximas areas implent, iuxta ſe tamen alias oſtendunt, quæ maioribus impleãtur. Adhuc cæli ſtellati gradum quemque excurrere milliarium noſtratum vicies centena ducenta octoginta tria millia, ter centum viginti ſex, quum interim totius terræ ambitus quinquaginta horum millia non euadat: vt attendenti mihi totius ſphæræ amplitudinem, fors ſit ſuppetias à poëtica petere, & fabulas adoptare.

Sed vt omnia abſint, ipſa Mundi architectura confeſſionem tanti exceſſus extorquet,

qui

qui quoniam vt dicitur, orbis eſt, planè ità ſe è medio explicare debet, vt illius centrum ſit, quod circumferentiæ rota vallatur.

Id autem quum Terra ſit,[& proinde ignauo globo deſideat, appendix & conſequens eſt, vt illa nō plus cæli complectatur quàm punctus circi. Hæc ergo nonnihil illud, ille apex eſt, cuius partes regna vocantur. Hoc tot iacturis emitur, tot aculeis curarum prædıtum, ad pæn itentiam amatur. Hic nimirum reguli aliquot magnificè ſuis angulis tument, quos ſi metiri prius ſaperent, quàm incolere, næ illos tanquam carceres odiſſent. Italiam Alpes obſident, Pyrenæus Iberiam definit Sarmatæ in Tanaim, Pannones in Danubium deſinunt; & tamen in anguſtijs illis tyranni centuriantur, qui pruritu imperitandi infulas ſibi obducunt, tanquam teſtudines intra con-

Terra punctū centricum cæli.

chas suas corniculatæ.

Pudenda super bia Principum. Surrigerent se zophiri illi suo solo affixi; traijcerent tantisper ex naufragante hanc insula Terræ in continentem Cælorũ; inde, inde ex specula illa dispicerent discerentque prouincias suas ampullas esse, formicas populos, sceptra thyrsos, Pygmæos magnates. Certè nos hinc breui traiectu ad oppositũ hemisphærium sidere possumus, & antipodas nostros non videre tantum, sed facere]; & tamen in decuria illa cælorum vnus nec maximus orbis quatuor de quadraginta millibus annorum circumducẽdus, omni æuo dedit quod videret, nulli quod absolueret.

Et ne hæc deprompta ex eorum vertigine argumenta, velut domestica testimonia, nec nobis comperta veniant in suspicionem: quas hic inficias, quam pertinaciam [non irrumpet, quod apud nos ab illis agi vi-

videmus: si quidem adulta & illustri die arborum in ripis, aut limitibus satarum vmbræ in passuum millia aliquot paralelæ emittuntur, tanquam sol singulis, aut binis vt maximè, sit medius. Quod quisquis siue testantium fidei credidit, siue experimentis ipse contrectauit, profectò iam sequacibus tramis inferre poterit vastissimo corpori parem virtutem, cùm in ordinatissima Rep. cælorum nihil sit ociosum. Alias enim an hæc pernicibus alis cōcitata existimet vllus ire tantum vt redeant, ferri ne non moueantur? ac non potius vt per has Terræ colonias circumuecta faciant vbique esse quod singulis expedit, sibi lubet. *Apodixis vastitatis solaris.*

Quanta poli virtus, quæ fœdera cum magnete, cuius attritu ferrum, aurumque ad se vulsa, grauissima pondera vetat grauitare? Quale illud Caniculæ virus, cuius æstro canes in ra- *Vires astrorū.*

biem abeunt, tument ſtagna, fluctuant in cellis vina; vt mittam, imò ne omittam viciniſſimi ſideris arcanum illapſum in mare, æterno Euripo inquietum, quà bulliens, quà ſidens, modò flumina ſorbens, alias ſuam crapulam vomens, ſibi par, ſibi impar, ſudantes philoſophos irritaſſet, niſi denique iſti deprehendiſſent tumultus omnes illi à Luna propinari. Certè autem ingens emphaſis eſſe debet illius aſtri à quo tam impotens beſtia etiam intra caueam leges recipit, vt aut turbari poſsit, aut regi. Vbi equidē ſentio me antiperiſtaſi quadam à figmentis ad veritatem inuitari, vt credam cælum ex aquis atque in ipſis libratum, materiam, & locum eis debere, & proinde vtrumque alterutrim cognationis ſuæ fidem ſeruare, vt mare ſit liquidum cælum, cęli maritimum cryſtallū. Et quoniam in hoc exitu oratio-

Cælum coagulum aquarū

tionis pręposterè ad incunabula Mundi diuerti, fas mihi sit iam saltem augustissimi operis natalē obliuione vindicare. Subeat ergo vobis illa innabilis abyssus, iam tum tumida atque vterum agens, in quo coagulū illud Firmamenti iubentis authoritate concretum primam insulam egit: Quę ne quando in confinio gemini gurgitis naufragaret, protinus fornax facta est substituto igni, qui relegatis aquis citimum illud cæli concauum occupauit. Ipsum autem, ne aut hospitio flammarum, aut vertiginis celeritate flagraret, architectante prouidentia fabri, conuexo illius mare dicā an stagnum refusum est, velut cataplasma quoddam, aut pluuia, quæ annexum clibanum inter æterna incēdia vaporaret. Eat nunc Momus quispiam, & crispato supercilio rerum ordinem carpat, authoris prudentiam desideret, qui grauissimū

An supra ipsum veræ aquæ supersint.

Aug In Gen. Cæsar Theodor. Tertull. affirmant.

vno minus elementum supra omnia locauit; quasi, (vt alijs supersedeam,) quasi inquam, non potuerit ingeniosus architecton eam rerum seriem hic ostendere, quæ in animantibus laudatur; hoc est, aquarum aliquid in cæli alueo, tanquam pituitam in Mundi capite collocare. Cæterum, aquarum siue exilium ibi, siue hospitium ita patrocinium oratoris non æquat, vt cùm loca omnia circumieris, nullum eis inuenire posis, nisi præreptum. Tu in cælis violentas dicere audes; ego in terris vbique eas extorres ostendo, quoniam vndique infra eas sidunt quas cingere debuerunt.

Paranesis ad calorũ appulsum.

Sed vt video, in hoc Circo vltra metam ferimur, & disputationis pugnam gerimus, cui spopondimus dumtaxat prælusisse. Sit alienum, sit gigantum ausus Cælo classicum canere; nostrum est ipsum etiam iratũ

ado-

adorare, Dumque inde exules in hanc Terræ magnam insulã relegamur negatum domiciliũ cogitationum itineribus lustrare. Placeat nobis non modò quia bellum est, sed quia nostrũ: sciamus ipsum semper inquietum fore, dum, nos in eo non quiescimus. Nos patriam appetimus, illud ciues suos expectare. Non videtis, non notatis (A A) sudis noctibus stellarum bracteas, velut orbis sui oculos, nictatione nos inuitare? annuamus saltem simili nutu, & ad Tempe illa properantes, pigeat pigere. Operæ pretium, moræ periculum est; formidini ratio ipsa refragatur, cùm nequaqudm fide dignum sit, tam illustrem aulam domesticum illum dedignari, cui hospiti adhuc mancipatur; ac non potius plus nos ambiat quàm ametur, cum illius excursus nostro appulsu redimantur.

VALETE.

PROLVSIO
Decima.

In libros eiusdem de Anima.

INter ipsos Physici iuris peritos diu ventilatum est consilium Naturæ in speculorum mollmine; cur illa tam diues peculij, tam prodiga deliciarum, inter veros corporum vultus simulacra voluit videri? An vt idem pluries aspectum certius exploraret; an vt sine impendio numerum faceret, cum in vitreis machinis ex vnius obiectu protinus ille imaginum exercitus conscribatur? An denique vt ijs in orbem actis, quasi circumfuso satelli-

Vide An Senec. lib. 1. nat.q.q. c.17.

telli-

tellitio posticis insidijs immineret? Et vero qui horũ quoduis causaretur, nisi errem non erraret; qui verò plures, aut omnes vnà colligeret, si quid capio, saperet; sed ille rem cõficeret, atque ex tot opinionũ vibratis iaculis ad vmbelicum ipsum scopi collimaret, qui Naturam non lusisse hic assereret, minus autem serio esse mentitam. Quin, quia quædam futura nouerat, (ipsum in primis oculum) quæ interualli inopia sub aspectum venire non poterant, hoc est, vicinia sua fugerent aciem quia non fugiebant, curuatura quadam & flexu in idolo sibi applicaret. Adeò maturè à maioribus nostris definitum est, speculum esse oculum artis, oculum esse speculum naturæ. Nempe cùm oculorum orbes in orbem agi non possint, vt nec sidera sphæræ suæ conuexo lucere, ne ignorari contingeret quod summe intereſt

tereſt ſciri ſe ipſum. Ars hanc naturæ noctem & quandam aſtri eclipſin dimouit ſpeculo laborato. Hic ſcilicet artis ſcopus, ſpeculi vſus, certè fructus fuit, non vt diu conſultum reſpõderet quam graphicè ſtolam ruga criſparet; num inventilato capillo cincinni legitimè turbinentur, atque aliæ illius modi ſordidæ mundicies quas excogitati in corporibus læuores ſenſui ad ſuperbiam propinant. Tinea ſpeciei tumor eſt, ac veluti flammæ fumus; ita certiſſimè illa conſcientia ſui inflatur velut ſpiraculo fomitem faſtus irritante.

Quam præſtaret nocitura neſcire, & bracteata vanitate tanquam humanitatis parergis, vti magis quàm frui. Sit mulierum, ſpeculis naturam corrigere, nec cõtentas ſexus ſui mollicie, iterum ſe effœminare. Noſtrum erit inſtrumenta libidinum neceſſitati mancipare,

atque

atque in id incumbere vt internum hominem, hoc est animã, hac sensili larua personatum, sibi obiectum, in scenam, ac theatrum educamus. Ego certè etsi nonnihil in hac palestra quà discendo, quà docendo sudauerim, tamen cùm viderem illustrissima nomina, quorum memoriæ fas esset assurgere, in diuersum hic quadam opinionum tempestate iactatos, tum denique deprehendere cæpi & arduum veritatis, & periculum erroris. Audite enim obsecro per Mercurium (AA.) Thales animam, naturam mobilem dixit, Pythagoras numerum, Plato mentem, Dicæarchus harmoniam, Zeno calidum spiritum, Democritus ignem, Anaxagoras corpus; vt iam tandem vnus ille expectandus sit qui iuraret eam esse cadauer. Iam verò de partibus, situ, ac sede eius, quam non Iliadem sententiarum texuerunt? Epicurus

Dissidium philosophorum de Anima.

curus bimembrem eam fecit, Plato tres partes addidit; Stoici octo, Democritus omnes. Domicilium ei aßignarũt quasi centrum & peculium corporis Democritus caput, Strato superciliorum, interuallum. Eryſtratus epicranida, Parmenides pectus, Diogenes arteriosam caueam cordis, Empedocles ſanguinẽ, vt planè nõ aliud magnopere timuiſſe videantur quàm ne conuenirent. Ego pro meo munere, circumeam proludendo velitabor, & quoniam illa ſui authoris ſimia corporatum oculum dedignatur, per anfractus & ſequelas ex emenſo domicilio lineamenta quædam, atque ipſius in hoc puluere veſtigium explorabo. Certè enim aut ego in opinionis lubrico prolabor, aut nulla maior nobis neque apodictica ratio abeſt, neque topica abundat, quam quæ ex ipſius corporis apparatu, atque archi-

Ex corporis apparatu metienda.

chitectura depromitur. Namque quæ ibi mathesis abest, quę fabrorum amusses, tectonum, normæ, peniculi, perpendicula, scalpra, ad opificis laudem, in operis dignitatem desiderentur. Quantum illud; quod si in vmbilico supini hominis tanquam centro circini pedem fixeris passis in directum brachijs, per extremitates manuū & pedum exactissimum circulum describes? Quod organa hominis fere omnia repetantur tempora, brachia, latera, crura, oculi, manus, aures, nares hinc inde bellissimè paralella, satagente clanculum Natura, ne in quo vno totus homo excidat, & sub floribus venustatis necessitatem ingeniositer occulente. Quamdiu seculum sudauit, quo nomina cuderet tot musculis, pelliculis, poris, cartilagini, diaphragmati, arterijs, aqualiculis, fibris, visceri, rumini, articulis, artubus pul-

Figmentum corporis humani faberrimum.

pulpis, & sexcentis illius modi, quæ in cuiusque corpore beneficijs tantum sentiuntur. Vnde & Herophilus quò eorum testis esse posset, totidem, id est sexcentos incidit.

Tertull. de Anima c. 10

Vultus præsertim.

Sed ab omnibus vertit & vellit ad se stylum magnes ille faciei, tam excelsi operis fastigiũ, atque animi Augustale, cui auchor delicatiori pollice Veneres omnes incidit, & choræam Gratiarum. Ibi velut in solio mentem statuit, scilicet ipsam animæ animam, quæ de cæteris arbitraretur. Ibi sensus omnes, vnde tanquam ex arce & prętorio subiecta alia lustrarentur. Illam esse voluit tanti operis propylæum vndique in aprico & sole videndum, vt quamuis impudentia hominis inuexerit ei nuditatis suæ pudorem, ipsa tamen dignitatis suæ conscia prodi se sineret, in qua totus homo videretur. Nempe vultus corporis animi interpres.

preseſt, per quem illius ſenſa eloquentiſsimo motuum geſtu Roſcio aptius exprimuntur. Namque quæ elatio in ſupercilijs non tumet? qui luxus in oculos non redundat? aut ira in ore non ſtridet, formido in cute non pallet; atque aliæ alięque id genus notæ, quibus inſenſilis hoſpes intra penetral ſuum ſecretus adhuc in lamina illa & ſpatio ſpirãtem ſui imaginem explicauit. Adeo hæc melioris limi particula, totius compendium & inſtar eſt, in quo pulchritudo ipſa ad pompam ſe exponit. Quæ enim illa, quam commendata cuiuis commiſſura ſanguinis & candoris, dũ in ſemiorbibus genæ tum fulgor, rubedinis viam lacteam incendit? Vt arrident verſicolores oculi, cæſi, citrini, glauci, ſpadices, tot formis ad illecebram picturati? Iam verò ſenſoriorum numerum, ſenſuum ſitum, ſingulorum ele- *In quo totus homo aperitur.*

gan-

gantiam, omnium symmetriã, quo piaculo taceam, qua facundia decurram? vt sibi subsunt loco quę cedunt dignitate: supremi oculi, secundæ aures; epiphania frontis cerebro tanquam palatio animi aream præmittit. Tum verò exploratores aures ad æternam vigiliã apertæ, cilij arcus, cymbia labiorum, ita blandiuntur oculis, vt miraculo animum percellant. Quem enim non verberet horum reciproca ęquitas, & certissimum libramentum, vt læua dextris respondeant quãtitate pari, materia eadem, motu simillimo? vt oris hiatus singulorum oculorum alueum æquet, latitudo frontis longitudinem nasi, qui ipse adhuc labijs & mento adæquatur. Hanc iam tam laboratam fabricam, ac superbum domiciliũ cui putemus, nisi nobilissimo hospiti ac pæne diuino præparatam. Si rex apum, meliori specie

Sensus & sensoria.

Mira prorsus symmetria.

Vide Riccioim. de migrat. anim.

ſpecie notanter pollet, ornatiſ-ſima macula in diadematis inſigne traiecta: Et illa prima auiũ aquila naturæ ductu editiſsimo nido ſupra alias hoſpitatur, an non tacitis argumentis innectimur vt fateamur vultũ ac baſilicum ſtatum, deſtinatum eſſe formæ ſupra cæteras formoſæ, quæ materiam non dignatur, niſi tot organis paludatam?

At enim illius affectiones nõ aſſequemur, niſi adiſta admiſsi, quibus intra anfractus, atque inuolucra membrorum ita inuenitur, vt interim deliteſcat. Etenim ita locum omnem occupat, vt nullum impleat, partes ſitu auulſas ita ſibi copulat, ne inuicem liget, cohærentiam ſuam per materiæ interualla tuetur. Illud etiam vident multi, mirantur omnes, nemo capit, vt capiatur anima anguſtijs infantis, nec tamen ipſius quidquam in adulti proceritate

Anima vt illabitur corporis profundo & denſitati.

biem abeunt, tument stagna, fluctuant in cellis vina; vt mittam, imò ne omittam vicinissimi sideris arcanum illapsum in mare, æterno Euripo inquietum, quà bulliens, quà sidens, modò flumina sorbens, alias suam crapulam vomens, sibi par, sibi impar, sudantes philosophos irritasset, nisi denique isti deprehendissent tumultus omnes illi à Luna propinari. Certè autem ingens emphasis esse debet illius astri à quo tam impotens bestia etiam intra caueam leges recipit, vt aut turbari posit, aut regi. Vbi equidē sentio me antiperistasi quadam à figmentis ad veritatem inuitari, vt credam cælum ex aquis atque in ipsis libratum, materiam, & locum eis debere, & proinde vtrumque alterutrim cognationis suæ fidem seruare, vt mare sit liquidum cælum, cęli maritimum cryſtallū; Et quoniam in hoc exitu oratio-

Cælum coagulum aquarū

tionis prępoſtere ad incunabula Mundi diuerti, fas mihi ſit iam ſaltem auguſtiſsimi operis natalē obliuione vindicare. Subeat ergo vobis illa innabilis abyſſus, iam tum tumida atque vterum agens, in quo coagulū illud Firmamenti iubentis authoritate concretum primam inſulam egit: Quę ne quando in confinio gemini gurgitis naufragaret, protinus fornax facta eſt ſubſtituto igni, qui relegatis aquis citimum illud cæli concauum occupauit. Ipſum autem, ne aut hoſpitio flammarum, aut vertiginis celeritate flagraret, architectante prouidentia fabri, conuexo illius mare dicā an ſtagnum refuſum eſt, velut cataplaſma quoddam, aut pluuia, quæ annexum clibanum inter æterna incēdia vaporaret. Eat nunc Momus quiſpiam, & criſpato ſupercilio rerum ordinem carpat, authoris prudentiam deſideret, qui grauiſsimū

An ſupra ipſum veræ aquæ ſuperſint.

Aug In Gen. Cæſar Theodor. Tertull. affirmant.

vno minus elementum supra omnia locauit; quasi, (vt alijs supersedeam,) quasi inquam, non potuerit ingeniosus architecton eam rerum seriem hic ostendere, quæ in animantibus laudatur; hoc est, aquarum aliquid in cæli alueo, tanquam pituitam in Mundi capite collocare. Cæterum, aquarum siue exilium ibi, siue hospitium ita patrocinium oratoris non æquat, vt cùm loca omnia circumieris, nullum eis inuenire posis, nisi præreptum. Tu in cælis violentas dicere audes; ego in terris vbique eas extorres ostendo, quoniam vndique intra eas sidunt quas cingere debuerunt.

Paranesis ad calorẽ appulsum. Sed vt video, in hoc Circo vltra metam ferimur, & disputationis pugnam gerimus, cui spopondimus dumtaxat prælusisse. Sit alienum, sit gigantum ausus Cælo clasicum canere; nostrum est ipsum etiam iratũ

ado-

adorare, Dumque inde exules in hanc Terræ magnam insulã relegamur negatum domiciliũ cogitationum itineribus lustrare. Placeat nobis non modò quia bellum est, sed quia nostrũ: sciamus ipsum semper inquietum fore, dum, nos in eo non quiescimus. Nos patriam appetimus, illud ciues suos expectare. Non videtis, non notatis (A A) sudis noctibus stellarum bracteas, velut orbis sui oculos, nictatione nos inuitare? annuamus saltem simili nutu, & ad Tempe illa properantes, pigeat pigere. Operæ pretium, moræ periculum est; formidini ratio ipsa refragatur, cùm nequaqudm fide dignum sit, tam illustrem aulam domesticum illum dedignari, cui hospiti adhuc mancipatur; ac non potius plus nos ambiat quàm ametur, cum illius excursus nostro appulsu redimantur.

VALETE.

PROLVSIO

Decima.

In libros eiusdem de Anima.

Vide an Senec. lib. 1. nat. q.q. 5, 17.

INter ipsos Physici iuris peritos diu ventilatum est consilium Naturæ in speculorum molimine; cur illa tam diues peculij, tam prodiga deliciarum, inter veros corporum vultus simulacra voluit videri? An vt idem pluries aspectum certius exploraret; an vt sine impendio numerum faceret, cum in vitreis machinis ex vnius obiectu protinus ille imaginum exercitus conscribatur? An denique vt ijs in orbem actis, quasi circumfuso satelli-

tellitio posticis insidijs immineret? Et vero qui horũ quoduis causaretur, nisi errem non erraret; qui verò plures, aut omnes vnà colligeret, si quid capio, saperet; sed ille rem cõficeret, atque ex tot opinionũ vibratis iaculis ad vmbelicum ipsum scopi collimaret, qui Naturam non lusisse hic assereret, minus autem serio esse mentitam. Quin, quia quædam futura nouerat, (ipsum in primis oculum) quæ interualli inopia sub aspectum venire non poterant, hoc est, vicinia sua fugerent aciem quia non fugiebant, curuatura quadam & flexu in idolo sibi applicaret. Adeò mature à maioribus nostris definitum est, speculum esse oculum artis, oculum esse speculum naturæ. Nempe cùm oculorum orbes in orbem agi non possint, vt nec sidera sphæræ suæ conuexo lucere, ne ignorari contingeret quod summe intereſt

tereſt

tereſt ſciri ſe ipſum. Ars hanc naturæ noctem, & quandam aſtri eclipſin dimouit ſpeculo laborato. Hic ſcilicet artis ſcopus, ſpeculi vſus, certè fructus fuit, non vt diu conſultum reſpōderet quam graphicè ſtolam ruga criſparet; num in ventilato capillo cincinni legitimè turbinentur, atque aliæ illius modi ſordidæ mundicies quas excogitati in corporibus læuores ſenſui ad ſuperbiam propinant. Tinea ſpeciei tumor eſt, ac veluti flammæ fumus; ita certiſſimè illa conſcientia ſui inflatur velut ſpiraculo fomitem faſtus irritante.

Quam præſtaret nocitura neſcire, & bracteata vanitate tanquam humanitatis parergis, vti magis quàm frui. Sit mulierum, ſpeculis naturam corrigere, nec cōtentas ſexus ſui mollicie, iterum ſe effęminare. Noſtrum erit inſtrumenta libidinum neceſſitati mancipare,

atque

atque in id incumbere vt internum hominem, hoc est animã, hac sensili larua personatum, sibi obiectum, in scenam, ac theatrum educamus. Ego certè etsi nonnihil in hac palestra quà discendo, quà docendo sudauerim, tamen cùm viderem illustrissima nomina, quorum memoriæ fas esset assurgere, in diuersum hic quadam opinionum tempestate iactatos, tum denique deprehendere cæpi & arduum veritatis, & periculum erroris. Audite enim obsecro per Mercurium (AA.) Thales animam, naturam mobilem dixit, Pythagoras numerum, Plato mentem, Dicæarchus harmoniam, Zeno calidum spiritum, Democritus ignem, Anaxagoras corpus; vt iam tandem vnus ille expectandus sit qui iuraret eam esse cadauer. Iam verò de partibus, situ, ac sede eius, quam non Iliadem sententiarum texuerunt? Epicurus

Dissidium philosophorum de Anima.

curus bimembrem eam fecit, Plato tres partes addidit; Stoici octo, Democritus omnes. Domicilium ei aſsignarũt quaſi centrum & peculium corporis Democritus caput, Strato ſuperciliorum, interuallum. Eryſtratus epicranida, Parmenides pectus, Diogenes arterioſam caueam cordis, Empedocles ſanguinẽ, vt planè nõ aliud magnopere timuiſſe videantur quàm ne conuenirent. Ego pro meo munere, circum eam proludendo velitabor, & quoniam illa ſui authoris ſimia corporatum oculum dedignatur, per anfractus & ſequelas ex emenſo domicilio lineamenta quædam, atque ipſius in hoc puluere veſtigium explorabo. Certè enim aut ego in opinionis lubrico prolabor, aut nulla maior nobis neque apodictica ratio abeſt, neque topica abundat, quam quæ ex ipſius corporis apparatu, atque ar-

Ex corporis apparatu metienda.

chi-

chitectura depromitur. Namque quæ ibi mathesis abest, quę fabrorum amuſses, tectonum normæ, peniculi, perpendicula, ſcalpra, ad opificis laudem, in operis dignitatem desideren. tur. Quantum illud; quod si in vmbilico supini hominis tanquam centro circini pedem fixeris paſsis in directum brachijs, per extremitates manuū & pedum exactiſsimum circulum deſcribes? Quod organa hominis fere omnia repetantur tempora, brachia, latera, crura, oculi, manus, aures, nares hinc inde belliſsimè paralella, ſatagente clanculum Natura, ne in quo vno totus homo excidat, & ſub floribus venuſtatis neceſsitatem ingenioſiter occulente. Quamdiu ſeculum ſudauit, quo nomina cuderet tot muſculis, pelliculis, poris, cartilagini, diaphragmati, arterijs, aqualiculis, fibris, viſceri, rumini, articulis, artubus

Figmentum corporis humani faberrimum.

pul-

pulpis, & sexcentis illius modi, quæ in cuiusque corpore beneficijs tantum sentiuntur. Vnde & Herophilus quò eorum testis esse posset, totidem, id est sexcentos incidit.

Tertull. de Anima c.10

Sed ab omnibus vertit & vellit ad se stylum magnes ille faciei, tam excelsi operis fastigiũ, atque animi Augustale, cui author delicatiori pollice Veneres omnes incidit, & choræam Gratiarum. Ibi velut in solio mentem statuit, scilicet ipsam animæ animam, quæ de cæteris arbitraretur. Ibi sensus omnes, vnde tanquam ex arce & prętorio subiecta alia lustrarentur. Illam esse voluit tanti operis propylæum vndique in aprico & sole videndum, vt quamuis impudentia hominis inuexerit ei nuditatis suæ pudorem, ipsa tamen dignitatis suæ conscia prodi se sineret, in qua totus homo videretur. Nempe vultus corporis animi interpres.

Vultus præsertim.

pres.

pres est, per quem illius sensa eloquentissimo motuum gestu Roscio aptius exprimuntur. Namque quæ elatio in superciliјs non tumet? qui luxus in oculos non redundat? aut ira in ore non stridet, formido in cute non pallet; atque aliæ alięque id genus notæ, quibus insensilis hospes intra penetral suum secretus adhuc in lamina illa & sipario spirãtem sui imaginem explicauit. Adeo hæc melioris limi particula, totius compendium & instar est, in quo pulchritudo ipsa ad pompam se exponit. Quæ enim illa, quam commendata cuiuis commissura sanguinis & candoris, dũ in semiorbibus genarum fulgor rubedinis viam lacteam incendit? Vt arrident versicolores oculi, cæsi, citrini, glauci, spadices, tot formis ad illecebram picturati? Iam verò sensoriorum numerum, sensuum situm, singulorum ele-

In quo totus homo aperitur.

gan-

ſpecie notanter pollet, ornatiſſima macula in diadematis inſigne traiecta: Et illa prima auiũ aquila naturæ ductu editiſsimo nido ſupra alias hoſpitatur, an non tacitis argumentis innectimur vt fateamur vultũ ac baſilicum ſtatum, deſtinatum eſſe formæ ſupra cæteras formoſæ, quæ mareriam non dignatur, niſi tot organis paludatam?

At enim illius affectiones nõ aſſequemur, niſi adiſta admiſsi, quibus intra anfractus, atque inuolucra membrorum ita inuenitur, vt interim deliteſcat. Etenim ita locum omnem occupat, vt nullum impleat, partes ſitu auulſas ita ſibi copulat, ne inuicem liget, cohærentiam ſuam per materiæ interualla tuetur. Illud etiam vident multi, mirantur omnes, nemo capit, vt capiatur anima anguſtijs infantis, nec tamen ipſius quidquam in adulti proceritate *Anima vt illabitur corporis profundo & denſitati.*

te desideretur, & quoniam in hoc vitę nostrę retextu ad pappas, & cunabula reditum est, illud aliquis expendat quàm prudenter interim imprudentiam mentitur, & quæ docere posset, renuit vel docilis videri, siue serio ausu, siue ludicro stratagemate ingeniosè certè simulat se dissimulare.

Tam doctè erratica, vagitibus infantiam eloquitur, periculum ea securitate admittit; si quid artis hic natura induit, ita demum adest, ne ars esse videatur. Non sum nescius animam cum homine oriri, atque eiusdem æui passibus ad rerum notitiam pergere, proindeque eam quæ in pupis adhuc coërcetur, velut solem non admodum supra horizontem prouectum, pauca adhuc posse, tanquã testem conscire. Adeo docendus non sum animam hæc non arbitrio, quin impotentia pati: Sed id me exercet, vt illa

scit

ſcit hæc neſcire, cur non ea ſaltem obiecta ebibit, quæ per ſenſus ei propinantur? Obmuteſcat ſui inſtar infans, ſiue linguæ lubrico, ſiue dentium, quaſi fidium inopia quæ illius plectro feriantur; ſed cur etiam indocilis velut incus tundi tantum praxibus poteſt, nequaquā ad theoriam erudiri; vt in illo vitæ noſtræ vere, & quaſi capite anima hominis nihil minus eſſe videatur quàm rationalis.

Atque, vt ipſam cum corpore adoleſcentem ſequar, ſanè etiam ibi thaumantias, iridis appellationem, certè admirationem acciperet, ſi quis ad clepſydram & ſeceſſum notaret, quo illa amuleto integritatem inter hiatus tuetur. Findat enim mordax vngula chariſsimam & confuſam ei carnem, lancinent aculei ſtylorum; dolent terebræ, metant falces, truncus ipſe corporis in bracteas & folia ra-

Vt nullo inſtrumento fragilis.

rarescat. Sed illa interim insectilis, ferro impunè miscetur; & quæ amplitudine illa non eguit, non deturbatur partibus, quas perdit, nec inuestis interim, aut pendula extra cruditatem patet, sed compactilis vndique & sibi par, tota in reliquijs materiæ amplissime habitat, quò se tamen ex auulsis segmentis non retraxit.

Vt sapiant & desipiant anima sensibilia.

Et hic quidē illa phœnix paradigmate omni abhorret, admiratione sola cōtrectanda, quam tamen æquius censeo sequentibus reseruandam, quæ huius loci exploratori, velut Aeneæ apud Inferos alia ex alijs monstra, offerentur. Ille imprimis illapsus, & commissura animæ cum sua carne, vt similius verō appareat pars illius esse quam hospes, sic illi interest atque aspirat, sic illius oram lambit, implet profundum, æquat proceritatem, ita denique illius illecebris capitur, injurijs pulsatur.

ſatur. Hoc enimuerò illud eſt æternum portentum, in cuius effœta cortice nouitas in dies nidificat; quod imminentes aucupes philoſophorum; nequidquam induſtrios, & repulſa irritatos ad prædam deſperationis accendit. Etenim quod illa, quæ dimenſionibus non coaleſcit, in lacero corpore non diſtrahatur, nequaquam ita inſolens eſt, quin in corporata aura & ſcriptura referatur; quoniam ſiue pulmonum follibus vocem expiremus, ſiue ſtyli mucrone verba libris incidamus, ita noſtræ lubentiæ ſubeſt vocem in ſyllabas, ſcripturam in elementa diuellere, vt nequaquam ſenſum illorum interim abrumpamus. At verò quod defęcatę entelechiæ terræ huius fęx commendari, lenocinium blandiri, ſapor ipſe ſapere poſſit, id vtique totum Oedipi acumen obtūdet, ipſam Apollinis magnitudinem eua-

det, omnem Thesei industriam irritabit.

Et tamen id agitur: ille adorandus animus, & (si intelligar) diuinæ particula auræ, insitio nexu ita trunci sui humorem ebibit, vt dedidicerit nisi ab illo; atque illius cladibus moueri. Illius tabe marcet, communi febre coquitur, cum ipso in equuleo vexatur. In quorum patientia etsi sudet interim, & strideat, sed non minus misericordiam sapientis sibi vendicat, cùm illas pellices voluptatum gaudet conuenire sibi ac circumfundi. Cùm inter tot Veneres ipsa fit Cupido; atque illas palati Cereres, aurium Syrenes damnare mauult quàm odisse. Et cuius hic lachrymæ non pluant? quæ hic pertinacia non liquescat, quum philosophiç crediderit, huic sensuum tyrannidi rationalis animæ principatum mancipari? Quo magis par est nos dolere ereptam

Voluptatibus misericor quàm tormentis.

ereptam primæ conditionis, aurei seculi fœlicitatem, Vbi rex animus erat, mechanica membra; Cùm sub Consule mentis sensus stipendia facerent, atque ex illo pretorio tã pugnæ quàm receptui signum expectarent.

Nunc quoniam tanti patrimonij vota tantam supersunt; quũ nostra erga Imperatorem perfidia sensus suo sacramento absoluit, diuertamus oculos ab hoc dumeto, vt saltem reliquias illius beatitatis concoquentes prurientem obtutum amænioribus Tempe oblectemus. Etenim (AA) non omnia animæ bona fisco cesserunt: aliqua sibi mordicus, velut in naufragio tabulas apprehendit, quæ perdere non posset, nisi quum ipsa periret. Neque enim etiamnum illa tempori obnoxia est; nec vitæ suæ æuum corpore diffiniuit, tanquam eo vsque complexibus eius addicta, ut non posit diuortium tolerare.

Peccatum nihil potuit in animæ substantiam.

Homicidium hoc animæ Epicuri arbitrium est, qui in voluptatum oceano impudentiæ aura prouectus, quodam opinionis naufragio vitam cum voluptate desperauit. Næ ille indignus qui hæc assereret, dignus qui pateretur, quoniã inauditis partibus, totum hominem morte damnauit.

Adhuc immortalis est

Dico autem quoniam inconsulta animæ ratione nihilo eam addixit, quum interim corpus aspiceret ne quidem morte ipsa mori, quin adhuc integritatem suam multis partibus, (nam qua non?) reseruet. Mihi Pythagoras in scenam & tribunal permittatur, opportunus iudex huius argumenti, vtpotè nequaquam voluptatum titillamentis corruptus. Mihi Socrates sententiam testamento signet, qui inter iniurias carceris, sub cicutæ haustu, hoc est, coram ipsa morte immortalitatem propugnauit. Adeo q̃

vetustate testium nitimur, primos citamus; si præstantia, doctissimos; si numero, pæne omnes, quoniam hæc animæ posthuma vita ex deorum tripode in philosophorum diatribis cepta, per oratorum amænitates vsque etiam poëtarum fabulas declinauit.

Plato in Phædone.

Et quia nos interim ambitũ magis quàm secessum philosophiæ professi, in area eius ludibundi velitamus, abstinebo me tam seria statione, & vulgaribus duntaxat telis instructus de imperitia vulgi triumphabo. Hoc siquidem, quasi aliud agit Natura intestino & reciproco copulæ ardore, vt quoniam quisque vnus necessitati pereundi obligatur, ipsa saltem familia humanitatis in singulorũ mortibus seruet totius immortalitatem. Hoc ille pruritus, quo posteris interesse volumus librorum velut liberorum partu, vt quanquam quis religioso fædere

Idque prodit ipsa appetitu acerrimo immortalitatis.

dere Hierophantis cicuta se castrarit, adhuc tamen ex styli semine captet quandam facundiæ fœcunditatem, Alij, quibus id propaginis inscitia negauit, adoptione marmorum, sepulchrorum molibus, atque epigraphis volunt videri etiam inter funera immortales. Hue scilicet spectant insana illa monstra operum, Mausolæa, pyramides, amphiteatra, colossi, obelisci, circi, thermæ. Phari, huc illæ picturatæ tabulæ, effigiatæ ceræ, illa simulacrorum acies, quibus homines ingenti ambitu nituntur se contra vetustatem tueri, & quasi per nuncios ac epistolas famæ commendare. Hunc qui in alijs non videt, nondum natus est; qui in se non probat, dudum mortuus, fuit; quoniam tit illationes rationis, Naturæ suæ pulsum non sentit.

Etiam factitia

Certè autem nemo nisi dedeploratæ nequitiæ stultus, &

pal-

palmaris insaniæ nequam re- fragante ipsa ratione quàm va- lentissimè, animam hominis, hoc est, vitam morte damna- uit, atque aggrauari corporis festinato senio definiuit, cùm videat inter ea etiam, quæ vi- lissimi Naturæ constant, esse aliqua, quæ ab ipsa edi facilius possũt quam deponi. Larix hu- mori & igni contumax carbo- nes non facit: Cedrus cariem non sentit: Flagrat in Phaseli- de mons Chimera æterno in- cendio: Carbunculi hinc sunt apyrotes. Mare ipsum quando desinet flumina vomere; Terra an vnquam ventos magnis pul- monibus respirare. Et adhuc aliquis tam bardus viuet, atque in animæ suæ contumeliam in- gratus, vt eam, quæ aura, & veri neminis spiritus est, ne- get posse his Orbis littoribus, tãquam æternas Ethesias affla- re. Mihi certè in promptu est asserere, nec minus pronun-

Aliquorum corporatorum immortalitas.

sustinere hunc animæ amaranthum non modò vendicare sibi hãc immunitatẽ, verùm in cõplicem suam quadam dotis cõmunione refundere, vt ipsa etiam caro affinitatis titulo resurrectionem expectare debeat, quæ nullo mortis diuortio, non ipsius repudio findi possit. Atque id etiam videor mihi vicisse cùm pro rostris aliquando prouincialibus meis peccati stipendium, & Naturæ nostræ naturam commentarer, Adeo illa adorata vetustati ingenia, quæ ad hanc diem immortalitatis Phosphori nobis fuerunt, prorsus ad Arimasphos & Cyclopes relegandi videntur, tanquam vno oculo insignes, quoniam quum in perennitate animæ ad meridiem vsque luxissent, medium arcum emensi, in hoc corporis horizonte occiderunt. Nostrum saltem est pæana animæ ex eorum epitaphijs intonare, quando illa industriã

Animæ immortalitati debetur corporis resurrectio:


om-

omnem argumenti eminentia supplodens plus æternitatis excurrit, quàm expeditissima ingenia subsequi potuerunt; amplius parti hominis cõtulit quã totus sperare auderet; ditiorem denique laudum coronam ornamentis suis plexuit, quàm vt illius compendium philosophia tenere, facundia declamare potuerit. Nostrum est, inquã, iterum iterumque (AA) dum illa beneficijs notior quàm studio, prodesse mauult, quàm æstimari; gratitudinem illi laxioribus cataractis impluere, tot iam repagulis irritatam. Sit ergo nobis in pretio, quæ in vsu est, ille currus nostri auriga, ille sol è corporis nube per sensuum hiatus vibratili radio erumpens: qui ex infantiæ diluculo, trans pueritiæ auroram, ad meridiem adolescentiæ aspirans, tum demum fatiscente calore, detrimento luminis in senectutis decliui vesperascit.

Apostrophe ad ipsam.

Ille, ille corporis sui magnes, ex ruderibus sepulchrorumè faci faucibus, in ipsius contubernium refingendi. Te per te, inquam Anima, cuius libertati nostratis terræ arena per huius vitæ clepsydram, ex ampulla temporis in alueum æternitatis excurrit, adiuro & oro in tui vestigatione palantes periculo nos absolue, vt quam cautissime tantæ notæ gemmam in fictili vrna baiulemus, Te ipsam vtique succinum stipulæ huius, impartibilem partem nostri, ipsam hominum humanitatem.

ORAVI.



PRO-

PROLVSIO Vndecima.

In libros Meteororum.

IN liberali cœna quum iam hoſpites ſolidis cibis caluerunt, moris, & iuris eſt bellaria ſecundis menſis inferri, tanquam pálpum aliquẽ, & morientis gulę moram. Hinc tragemata illa magno impendio tot lancibus latè illata, cydonia, placentæ, murrhina, libæ, confecta ſaccaro quà rorido, quà denſo, quorum traiectu conuiuarum moram, & palati ſententiam mercamur. Cumque oppletus ventriculus eſum faſtidit, tum denique alijs irritamentis, alijs alijsque volup-

Deliciæ ſecundarum menſarum.

tatem sensui propinant. Samnites à cibo, pugnātes spectabāt; Abydeni audiebant festiuos: Alex. Seuerus catulos & perdices committebat: Octauius picturis delectatus est, Tiberius griphis; Quem luxum, & tēpestatem voluptatum ego vt summè supplodo quoad vsum, ita mirari inuentum cogor, & imitari aciem tot varietatem institorem. Atque ita quum in hoc scholæ triclinio vbi (scitis sapientia mensam instruit) varia fercula protulerim, solida illa, & succosa; Naturæ omnis anatomen, partium compagem; Totius complexum, & (quasi carpum agerem) etiā interuallum; Loco tabernaculum figerem; Tempus vertigine rotarem, atque id genus obsonijs intellectus vestri stomachum saginarem, iam denique defungendus hac dictatura reliqui locum placentæ, vt aiunt, & volui vltimo leuissima quæ-

Alex. lib. 5. c. 22

que, quasi bellaria, irritamenta magis quam onera, Meteora gulæ propinare. An nō enim vobis bellaria illa videntur? globuli confectarij non sunt grando? Saccarum in floccos decisum nonne niues? liba mellea an non meta glacialis? Et si quis oppilato stomacho surrigat festaliter demulcendus, audiet hic ventorum tumultus, videbit fulgurum corruscationes, timebit tonitrum mugitus, mirabitur cometarum paradoxa, probabit iridum variteatem; vt neque gentium industria, non principum authoritas plus arti imperauerit ad oblectamentū, quam in hac appendice studiorum, & vmbratili palæstra natura ipsa propinat; qùm quisque hic & Seueri votum in pugna habeat, & Neronis deliciū in concentu; Octauij picturas videat in Iride, Adriani spectacula repetat in cometis. Ita sine delicijs litandum est, siue

Meteora bellaria.

vtilitati, non possunt ea impunè nesciri: quod vt erit prolusus meï materia, sufficit hic indicasse, posthac muralibus argumentis confirmandum; scilicet in horum meteororum scitu quum plurimum sit oblectamenti, plus esse vtilitatis; vt nos non modo audire ea debeamus quia delectant, sed ipsa delectare debeant, quia conducunt. Scio obtusum vobis esse commeatum audiendi, tam crebro, tam rauco canore quàm hic hactenus stridente me excepistis: Erit nihilominus naturę vestræ, hoc est, humanitatis, oratorem etiam indignum dignari, & cui hactenus tam duranter assedistis, nunc quoque Alcedonia dicenti dare eo volentius quod ego interim ad fastidij fugam, materiæ leuitaté adoptaui. Quanquam si vera fateri volumus, meteora isthæc pondere tantũ leuitant, non item difficultate,

Plurimum in eis voluptatis, & vtilitatis.

quam si, vt par est, permittamus locum obiectis assignare, tum enimuero ista primas lineas in Physica ducent, certè autem non multis secundas. Nam cui non erubescet ingenium illa fulminis cruda vis, & tamen clemens; vt ex æquè obiectis seruet aliqua, perdat alia? vt hominis quem perstrinxit, vitam seruet, vestes amburat; & quũ grauidam inuasit, matri parcat, partũ extinguat. Vt dolijs modo integris vinum emittat, modo contritis, ac detractis sistat, lubricum illud, & pensile, sed libratum. Quotus quis eò nauit vt caperet inquies illud, & indomitum ingenium maris, fluxu, refluxu nunquam idem semper alterum; qui itinerum recursus, quot horarijs experimentis sudantes philosophos vsque hodie crucifigit? Vt in iride duo colores sint, infiniti videantur; qui ipse cum semper semicircum reddat, sed

Admiranda in fulmine.

In mari & Iride.

seg-

segmentum illud eò est maius, quæ est minoris circi pars, & minus semicirco est maioris circi argumentum, ac vicè versa, vt maior pars minoris totius sit? Quem Apollinum non suspendant naso illæ Cometarum virgatæ faces modò iubã, aliàs caudam flammatæ; Pogoniæ, Acontiæ, Xiphiæ, Disceì, Lampadiæ, Hippei, Ceratiæ, quorum nec altitudo per paralaxes, nec paralaxis per tubos, aut machinas vllas certo deprehendi potest? Ne addam innolucrum ventorum, qui quasi in media luce delitescunt; vt quum eos impulsu, vectu, tractu, conuulsu, & tempestatibus sentiamus, sed denique naturam eorum, materiam, peristases, ita omnes ignoremus, vt verissime scribatur. [Deus producere eos de thesauris suis] à quibus, quisque alienum oculum arcet, hoc est, neminem in conscientiam admittit.

In Cometis & ventis.

Psal. 134 v. 8.

mittit. Hic si philosophus dormit, vbi excubabit? Quo isthmo ille à populari fæce diuidendus est, si ista vtrinque ignorantur? Cæterum enim, quæ nunc sæculi in scholis strepunt de Materia, Loco, Tempore, tam obuia sunt intellectui, vt aliqua nesciant nesciri. Quis enim tam trabs, aut fungus est, vt doceri debeat corpora locis pugnare, materia conuenire? hanc formis quibusdam repudium dare, alijs amplexum? nihil in nihilum mori! singula sibi, pleraque nobis, omnia Vniuerso militare, atque alia id genus, quæ neque ægrè addiscimus, nec cum laude scimus; quale est quod graue ruit, impactum resilit, violenta fatiscunt; quorum notissima notitia ita omnibus communis est, vt etiam dormienti palpebras diducat? Ibi Philosophus titulum suum implebit ad professionis gloriã, pro stipendio suæ famæ, in audi-

Quæstiones familiares Philosophiæ

Homicidium hoc animæ Epicuri arbitrium est, qui in voluptatum oceano impudentiæ aura prouectus, quodam opinionis naufragio vitam cum voluptate desperauit. Næ ille indignus qui hæc assereret, dignus qui pateretur, quoniã inauditis partibus, totum hominem morte damnauit.

Adhuc immortalis est

Dico autem quoniam inconsulta animæ ratione nihilo eam addixit, quum interim corpus aspiceret ne quidem morte ipsa mori, quin adhuc integritatem suam multis partibus, (nam qua non?) reseruet. Mihi Pythagoras in scenam & tribunal permittatur, opportunus iudex huius argumenti, vtpotè nequaquam voluptatum titillamentis corruptus. Mihi Socrates sententiam testamento signet, qui inter iniurias carceris, sub cicutæ haustu, hoc est, coram ipsa morte immortalitatem propugnauit. Adeo q̃

vetustate testium nitimur, primos citamus; si præstantia, doctissimos; si numero, pæne omnes, quoniam hæc animæ posthuma vita ex deorum tripode in philosophorum diatribis cepta, per oratorum amænitates vsque etiam poëtarum fabulas declinauit. Plato in Phædone.

Et quia nos interim ambitũ magis quàm secessum philosophiæ professi, in area eius ludibundi velitamus, abstinebo me tam seria statione, & vulgaribus duntaxat telis instructus de imperitia vulgi triumphabo. Hoc siquidem, quasi aliud agit Natura intestino & reciproco copulæ ardore, vt quoniam quisque vnus necessitati pereundi obligatur, ipsa saltem familia humanitatis in singulorũ mortibus seruet totius immortalitatem. *Idque prodit ipsa appetitu acerrimo immortalitatis.* Hoc ille pruritus, quo posteris interesse volumus librorum velut liberorum partu, vt quanquam quis religioso fra-

dere Hierophantis cicuta se castrarit, adhuc tamen ex styli semine captet quandam facundiæ fœcunditatem, Alij, quibus id propaginis inscitia negauit, adoptione marmorum, sepulchrorum molibus, atque epigraphis volunt videri etiam inter funera immortales. Huc scilicet spectant insana illa monstra operum, Mausolæa, pyramides, amphiteatra, colossi, obelisci, circi, thermæ, Phari, huc illæ picturatæ tabulæ, effigiatæ ceræ, illa simulacrorum acies, quibus homines ingenti ambitu nituntur se contra vetustatem tueri, & quasi per nuncios ac epistolas famæ commendare. Hunc qui in alijs non videt, nondum natus est; qui in se non probat, dudum mortuus fuit; quoniam tit illationes rationis, Naturæ suæ pulsum non sentit.

Etiam factitia

Certè autem nemo nisi dedeploratæ nequitiæ stultus, &

pal-

palmaris insaniæ nequam re-fragante ipsa ratione quàm valentissimè, animam hominis, hoc est, vitam morte damnauit, atque aggrauari corporis festinato senio definiuit, cùm videat interea etiam, quæ vilissimi Naturæ constant, esse aliqua, quæ ab ipsa edi facilius possũt quam deponi. Larix humori & igni contumax carbones non facit. Cedrus cariem non sentit: Flagrat in Phaselide mons Chimera æterno incendio: Carbunculi hinc sunt apyrotes. Mare ipsum quando desinet flumina vomere; Terra an vnquam ventos magnis pulmonibus respirare. Et adhuc aliquis tam bardus viuet, atque in animæ suæ contumeliam ingratus, vt eam, quæ aura, & veri neminis spiritus est, neget posse his Orbis littoribus, tãquam æternas Ethesias afflare. Mihi certè in promptu est asserere, nec minus pronum su-

Aliquorum corporatorum immortalitas.

sustinere hunc animæ amaranthum non modò vendicare sibi hāc immunitatē, verùm in cōplicem suam quadam dotis cōmunione refundere, vt ipsa etiam caro affinitatis titulo resurrectionem expectare debeat, quæ nullo mortis diuortio, non ipsius repudio findi poßit. Atque id etiam videor mihi viciſſe cùm pro roſtris aliquando prouincialibus meis peccati ſtipendium, & Naturæ noſtræ naturam commentarer. Adeo illa adorata vetuſtati ingenia, quæ ad hanc diem immortalitatis Phoſphori nobis fuerunt, prorſus ad Arimaſphos & Cyclopes relegandi videntur, tanquam vno oculo inſignes, quoniam quum in perennitate animæ ad meridiem vſque luxiſſent, medium arcum emenſi, in hoc corporis horizonte occiderunt. Noſtrum ſaltem eſt pæana animæ ex eorum epitaphijs intonare, quando illa induſtriā

Animæ immortalitati debetur corporis resurrectio:


omni-

omnem argumenti eminentia supplodens plus æternitatis excurrit, quàm expeditissima ingenia subsequi potuerunt; amplius parti hominis cōtulit quã totus sperare auderet; ditiorem denique laudum coronam ornamentis suis plexuit, quàm ut illius compendium philosophia tenere, facundia declamare potuerit. Nostrum est, inquã, iterum iterumque (AA) dum illa beneficijs notior quàm studio, prodesse mauult, quàm æstimari; gratitudinem illi laxioribus cataractis impluere, tot iam repagulis irritatam. Sit ergo nobis in pretio, quæ in vsu est, ille currus nostri auriga, ille sol è corporis nube per sensuum hiatus vibratili radio erumpens: qui ex infantiæ diluculo; trans pueritiæ auroram, ad meridiem adolescentiæ aspirans, tum demum fatiscente calore, detrimento luminis in senectutis decliui vesperascit.

Apostrophe ad ipsam.

Ille, ille corporis sui magnes, ex ruderibus sepulchrorumè fati faucibus, in ipsius contubernium refingendi. Te per te, inquam Anima, cuius libertati nostratis terræ arena per huius vitæ clepsydram, ex ampulla temporis in alueum æternitatis excurrit, adiuro & oro in tui vestigatione palantes periculo nos absolue, vt quam cautissime tantæ notæ gemmam in fictili vena baiulemus, Te ipsam vtique succinum stipulæ huius, impartibilem partem nostri, ipsam hominum humanitatem.

ORAVI.



PROLVSIO

Vndecima.

In libros Meteororum.

IN liberali cœna quum iam hoſpites ſolidis cibis caluerunt, moris, & iuris eſt bellaria ſecundis menſis inferri, tanquam palpum aliquẽ, & morientis gulę moram. Hinc tragemata illa magno impendio tot lancibus latè illata, cydonia, placentæ, murrhina, libæ, confecta ſaccaro quà rorido, quà denſo, quorum traiectu conuiuarum moram, & palati ſententiam mercamur. Cumque oppletus ventriculus eſum faſtidit, tum denique alijs irritamentis, alijs alijsque volup- *Deliciæ ſecundarum menſarum.*

tatem sensui propinant. Samnites à cibo, pugnãtes spectabãr; Abydeni audiebant festiuos: Alex. Seuerus catulos & perdices committebat: Octauius picturis delectatus est, Tiberius griphis. Quem luxum, & tẽpestatem voluptatum ego vt summè supplodo quoad vsum, ita mirari inuentum cogor, & imitari aciem tot varietatem institorem. Atque ita quum in hoc scholæ triclinio vbi (scitis sapientia mensam instruit) varia fercula protulerim, solida illa, & succosa; Naturæ omnis anatomen, partium compagem; Totius complexum; & (quasi carpum agerem) etiã interuallum; Loco tabernaculum figerem; Tempus vertigine rotarem, atque id genus obsonijs intellectus vestri stomachum saginarem; iam denique defungendus hac dictatura reliqui locum placentæ, vt aiunt, & volui vltimo leuissima quæ-

Alex. lib. 5. c. 22

que,

que, quasi bellaria, irritamenta magis quam onera, Meteora gulæ propinare. An nō enim vobis bellaria illa videntur? globuli confectarij non sunt grando? Saccarum in floccos decisum nonne niues? liba mellea an non meta glacialis? Et si quis oppilato stomacho surrigat felaliter demulcendus, audiet hic ventorum tumultus, videbit fulgurum corruscationes, timebit tonitrum mugitus, mirabitur cometarum paradoxa, probabit iridum variteatem; vt neque gentium industria, non principum authoritas plus artī imperauerit ad oblectamentū, quam in hac appendice studiorum, & vmbratili palæstra natura ipsa propinat; quùm quisque hic & Seueri votum in pugna habeat, & Neronis deliciū in concentu; Octauij picturas videat in Iride, Adriani spectacula repetat in cometis. Ita sive delicijs litandum est, siue *Meteora bellaria.*

vtilitati, non possunt ea impunè nesciri: quod vt erit prolusus mei materia, sufficit hic indicasse, posthac muralibus argumentis confirmandum; scilicet in horum meteororum scitu quum plurimum sit oblectamenti, plus esse vtilitatis; vt nos non modo audire ea debeamus quia delectant, sed ipsa delectare debeant, quia conducunt. Scio obtusum vobis esse commeatum audiendi, tam crebro, tam rauco canore quàm hic hactenus stridente me excepistis: Erit nihilominus naturę vestræ, hoc est, humanitatis, oratorem etiam indignum dignari, & cui hactenus tam duranter assedistis, nunc quoque Alcedonia dicenti dare eo volentius quod ego interim ad fastidij fugam, materiæ leuitatē adoptaui. Quanquàm si vera fateri volumus, meteora isthæc pondere tantū leuitant, non item difficultate,

Plurimum in eis voluptatis, & vtilitatis.

quam si, vt par est, permittamus locum obiectis assignare, tum enimuero ista primas lineas in Physica ducent, certè autem non multis secundas. Nam cui non eruscet ingenium illa fulminis cruda vis, & tamen clemens; vt ex æquè obiectis seruet aliqua, perdat alia? vt hominis quem perstrinxit, vitam seruet, vestes amburat; & quã grauidam inuasit, matri parcat, partũ extinguat. Vt dolijs modo integris vinum emittat, modo contritis, ac detractis sistat, lubricum illud, & pensile, sed libratum. Quotus quis eò nauit vt caperet inquies illud, & indomitum ingenium maris, fluxu, refluxu nunquam idem semper alterum; qui itinerum recursus, quot horarijs experimentis sudantes philosophos vsque hodie crucifigit? Vt in iride duo colores sint, infiniti videantur; qui ipse cum semper semicircum reddat, sed

Admiranda in fulmine.

In mari & Iride.

seg-

mittit. Hic si philosophus dormit, vbi excubabit? Quo isthmo ille à populari fæce diuidendus est, si ista vtrinque ignorantur? Cæterum enim, quæ nunc sæculi in scholis strepunt de Materia, Loco, Tempore, tam obuia sunt intellectui, vt aliqua nesciant nesciri. Quis enim tam trabs, aut fungus est, vt doceri debeat corpora locis pugnare, materia conuenire? hanc formis quibusdam repudium dare, alijs amplexum? nihil in nihilum mori! singula sibi, pleraque nobis, omnia Vniuerso militare, atque alia id genus, quæ neque ægrè addiscimus, nec cum laude scimus; quale est quod graue ruit, impactum resilit, violenta fatiscunt; quorum notissima notitia ita omnibus communis est, vt etiam dormienti palpebras diducat? Ibi Philosophus titulum suum implebit ad professionis gloriã, pro stipendio suæ famæ, in au- *Quæstiones familiares Philosophiæ*

Difficultates meteorologicæ

ditorij omnis profectum quum titillari me videt strictura admirationis de boatu fulminum, de velleribus niuis; quæ machinæ machinam Terræ tremefaciant ? quod pabulum æterni ignes ibi depascantur, vbi nihil est nihil ipsorum locus ? Ut non vagiant qui in mari nascuntur, & sub pelago illo tam salso, ac ingrato, limpidæ aquæ, certè autem sapidæ natent. Hic te expecto, heus Tu, qui follicantibus buccis iuris Naturæ consultum, & philosophiæ omnis professorem te cornicaris. At verò nunc æui quotus est qui hæc non nesciat, etsi omnia profiteatur ? tanquam totū sine parte staret, aut Mundus non constaret elementis ? Quæ quidem librātem me tacitè ac dolentem, demulsit illa ratio, quæ est, hanc non esse ingeniorum morbum, sed seculi, pudendi, & tamen impudentis. Nimirum nunc æui omnia ventri

tri venduntur, etiam sciuntur. Studetur, sed eo vsque dum salaria obueniant: docetur, sed ad quæstum, quo deinde desideamus. Scribimus inuitandis magnatibus, distrahendis libris, quorum cambio cauum ventriculi, ignauum animal oppleamus: Nec intelligimus intellectui quoque esse suam famem, quam his cupedijs meteororum libentissimè vesci, existimo hac ratione cõfectum. Etenim omnes experimur voluptatem pastus, non modo ferculorum pretio, aut sapore, sed vel maximè animalis esuriæ constare, quum ieiunus cruda olera voret, qui satur etiam fauos fastidit. Iam verò pruritus sciendi ad cotem admirationis acuitur; vt altè pertinax sit, qui volenti non concedat ea libentissimè sciri, quæ auidissimè captantur. At verò si licet in ratiocinio referre gradum, ab vltimis ad media præpostere,

Secula ventri addicta

Meteorologica scientia maximæ voluptatis

re,

re, ab his ad summa deuolui, euadi non potest quin hæc quæ admirationem valenter irritant, voluptati ditißimè fœnerentur: nisi quis insaniat maius esse ventris quam mẽtis delicium; & rationale animal animali pabulo capi posse credat, rationali non credat. Sed enim his helluonibus videtur intellectus in ventrem fluxisse, vt apud ipsos nihil posſit sperare commeatum, nisi quod in hanc sentinam infertur. Atqꝫ adeò importunè ego acuminibus rationum velitaui in hoc materiale agmen aduersariorũ; obtusa potius proferrem, plumbea illa experimentorum, quæ his esonibus memoriam siue oblectamenti, siue ingratiæ suæ reliquerunt, vt collatis hinc inde signis, si minus vi, saltem numero eos opprimamus. Dicant ergo illi, quis vnquam Apicius ita esu absorptus est vt edisse se non meminerit? dicam ego

Excedunt sensuũ oblectamenta.

ego quis liberali opera, aut ſtudio. Dicant, ſi auſint, an quis tot epulonum foueam ſuam ita fimo oppleuit, vt non eandem in craſtinum repaſtinare porro debuerit? Dicam ego qui ſtudio. Audeant illi iactare tam ſaturum etiam poſt plauſtra ferculorum, vt non eidem opus fuerit quiete ad ſomnum, ſomno ad concoctionem, ne ructu aut vomitu dicam, quibus ſentina hæc exoneretur. Sed ego eos proferam, quibus defæcatum hoc genus philoſophandi cibus etiam ſomnus fuit. Et vt argumentum latè vagum coerceam interim compendio intelligendum, neſcio an ſuperbè paſtus ediſſe ſe dubitauerit; ſcio Nyciam à ſeruis quærere ſolitum num eſſet pranſus? Neſcio an imminente prælio quiſquam ita amans edulij fuerit, vt vellet inter pericula epulari. ſcio Iulianum Auguſtum duriſsimis expedi-

Plutarc. lib. non poſſe &c

Quorũdam ardor in studijs

tionibus contra Persas, & Germanos, noctes quæ congressum anteuertebant, non prælijs, sed studijs impendisse: Archimedem captis Syracusis, circumsonante ferro, & ruentibus manipulis cæsorum, adhuc studijs grauissimè intentum inter inter formas suas perijsse. Et quum natura nolit nos ictuum patientia pastum emere (quod etiam feles, & canes docuit;) sed Diogenes alibi Cynicus, nō impacta arundine, non nimbo ictuum abigi ab Antistene potuit, quominus ista docendus, ferientem, & lædentem eum adiret. Audite Epicuri quiiudicium voluptati vendiditis, & intelligite eam in delicijs non modo solam non esse, sed nec summam. Aut, ne patentur hæc palinodia vestra indigere, ite vltro, & terite orbitam sensuum quam cœpistis; faxo vt in illa etiam Meteora vobis occurrant. Quid enim demulce-

re vos ſatius poteſt, quam ſi contingat in eadem ſcena aſpicere, audire, odorari. obiecta aliud aliudque, cute vernum, ſono muſicum, ponderibus libratum; halitu odorum, motu tremulum, & quaſi fugitiuum, vt deſiderium ſui ſine ſe relinquat & amœnitate triſtitiam arceat, fuga præueniat faſtidiũ. Et hoc tamen quod dixi minus eſt eo, quod huius iuris peritus audere poſſit, etiam præſtare. Mentior niſi id mecum iurabit, cui credere continget impreſſiones meteorologicas, non ſolum ſciri à philoſophis, ſed edi. Id verò nequaquam eſſe ſupra fidem facile conficio traductu rationis à ſingulis ad cõplexa. Audite: nempe nouimus glaciem aliud non eſſe quam aquæ coagulum, hoc eſt, ipſam frigore immanente concretam; proinde liquidam frigefacere, glaciem reddere eſt; atque, vt prius illud nulli ar-

Meteora fœcunda deliciarum.

duum est, ita glacies & cryſtallum nemini ſunt deſperandã. Iam quidni idem à glacie ad grandinem, ab his ad niues vicinia lenocinante traducã; & ſi traduxero, feci tria illa, glaciem, grandinẽ, niues. Adhuc, ſi verè audio iridem illiſum eſſe, & repercuſſum radiorũ qui in nubẽ rorida, inciderunt, quidni ipſe arcum illum moliar quum videamus eum non ſoli Soli, ſed lucernis noſtris, ac lychnis in triclinijs paſſim circunfundi? atque, vt quiſque eſt iuris meteorici conſultus, ita edere poteſt ea obiectorum ſpectra, quæ popularis theatri aciem non modo oculorum, ſed animorum etiam perſtringãt. Et quia quiſpiam (quod aiunt) apio nõ inſpecto murmurare poteſt, facile hæc dici, difficilè præſtari, ad ſpeciem & pompam iactata; accipite omnium experimentum, ſolo ſilentio emendum. Extincto Henrico Gulielmus

Poſſunt à Philoſophis edi.

Ho-

Holandiæ Comes à septemuiris illis communi calculo rex Romanorum est salutatus. Hic imminente epiphaniæ illius anni Coloniam Vbiorum contendit salutaturus ipse tres reges Magos, quorum ibi corpora digno honore prostant. Degit ea tempestate Coloniæ Albertus non segnius scientiarum professione, quam fama nominis Magnus. Hic pro sua in principem obseruantia inuitauit eundem ad claustrum cui ipse studiorum moderator legebat. Annuit supplici Imperator, & condicta die apparuit in Ianuario, & bruma, quam ibi validè stagnantem, sed nequidquam inuitam, Albertus magnitudine ingenij tepefecit, etiam accendit. Primùm enim Imperatorem, & proceres in hortum monasterij eduxit, ibique prandium expectare voluit reclamante aula vniuersim, sed sero: Ibi iam aderant promi, pincernæ,

Portentosum epulum ab Alberto Magno editum.

cernæ, lixæ, coqui, carpi, suis quisque officio, & supellectile instructus. Erant dapes, deerat locus, oberat etiam Iannus malignè frigidus, & furentèr spirans. Sed vtrumque velut inuersa scena correxit Albertus: Protinus enim disparere nubes, explicari solem, omnia amænū ridere; tellus gramine, sata frōdibus, virgulta volucribus grauitabant, vt nemini dubium foret præcipitatum lentorem anni, & ver hyemi substitutum, nisi statim huius aurei sæculi compendium ponè exciperet illa dudum abacta tempestas, in qua nix, nubes, grando, reduces suo loco sederunt. Ita lusit ingenium Alberti Meteorologica hac magia, id est Phisica peritia impressionum; nam quod sequiori sit vsus, neque Ecclesiæ authoritas, nec ipsius sanctitas, non authorum fides concedit. Iam verò quid iucundius, quàm imperare tem-

pori,

pori, & inuito, ac obstanti pacem extorquere; Et, siue hic interim solida obiecta sensui placent, siue ficta mentiantur, sed interim vsura eorum voluptatem in seipso, admirationem in alijs excitare? Nam quid non est æstimandus qui naturam cicurauit, & siue veris machinis, siue fuco, frena hyemi, stimulos veri indidit, vtrique reditum; & semissem anni in vnius diei quadrantem faberrimo ingenio inclusit. Qui succino & magnete primum stipulas, & ramenta collegerũt, continuò Semones quidam, & nescio quid supra turbam putati; & tamen solam naturam ad miracula hæc adhibuerunt. Architas Tarentinis, Apollonius Indis, Archimedes Siculis, quæ non authomata obiecerũt attonitis illis, & vix credentibus quod videbant volare ligna, ministrare simulacra, vitream conchulã periodos cæli

Aliorũ authomata.

obseruare; sed vbique ars sola lusit: Architam certum est naturæ magia vsum. Apollonium Iustinus Martyr, Archimedem Lactantius excusant.

Et verò fac omnia præstigijs, nihil natura factum, sed nec factile esse Meteorologia hac, aut Mathesi, quæ tanquam imagines quædam bellæ tantum, nō fecundæ ociosis ingenijs celebrantur. Sint vt voles ista, (et si reuerà non velis esse vt sunt,) an ideo frigere debent, quia non sunt quæstui, quia non ludibrio, nec admirantium nasum proboscide elephantico extendunt? Num nihil est conscire hęc, nisi cudantur? Non creditis honori esse, quod calleat quis Meteororum genesim, fluxum, statum, & pro re nata posit cuique asignare eorum tempus, definire locum, cunas & caput ostendere, ne in sapiētum Areopago super his inquisitus, tanquam tomentum ob-

Quanti æstimā da sciē tia Meteororū

mu-

mutescat, aut certè in eas Syrtès impingat, quibus prisci illi pudendum naufragium fecerunt. Audite per Apollinem, & risum mappis coercete: Quidam festiuè insipiens, & vehementer anxius de Luna, quum videret eam quoto mense non modo curriculum, sed molem suam auspicari, credés nouum astrum esse non verò prioris recursum, accesit aliũ eiusdem iuris imperitum, & ait. Amabo an esse potest in cœlo quod mihi videor ibi videre? quoquo mense nouæ lunæ cunas, & cornua videmus; Vt ergo agitur cum antiquis; vbi interim illæ viuunt, nec videntur. Et alter hoc discipulo dignus; Tam stupidus es (inquit) vt ignores eiusmodi lunas in stellas nobis reformari. Author enim naturæ ad calcem cuiusque mensis videns lunam viribus defectam arreptis forficibus clepit, & recudit eam

Deliriũ cuiusdã de luna

in radios materiam minorum astrorum quæ videmus in Firmamento passim maximè verò via lactea nictare. Hoc illi astrologi Lunę cornibus laureandi.

Quanquam quid hæc ridemus quando Anaxagoras qui Physicorum familiam duxit, nō potuit adduci, vt niuem albam esse crederet, nigram esse contendens, cur putatis? quia scilicet ex aqua est, tanquam hæc sepia esset; sed & solem ferrum candens dicebat Peloponeso maiorem: qui etiam quum vidisset aliquando lapidem ex aëre lapsum, fidenter pronunciauit cælum ex lapidibus confectum, & vehementi motu constare, aliàs ruiturum! Thales inanimatis animas fuisse inquijt ob succinum, & magnetem; ne miremur alios minimè initiatos his sacris transuersa vestigia huic puluerí impressisse. Causa exempli: quęsitum

situm quid esset astrum illud tortuosum, quod Cometem dicimus; & miramur vltra aliorum sphæram, pilos tanquam radios vibrare? Creditum vulgo fuit has esse animas heroum, qui meritorum ergo eò loci, & formæ donarentur. Placuit hæc hæresis Octauiano Augusto, qui ortum suo tempore cometam Iulium Cæsarem credi voluit: Cui ne quando secūdus foret Pompeius, etiam hunc quidam ex illa academia adulantum magnificè cecinit in æternos orbes collectum. Sub eodem Imperatore videtur philosophiæ stipendia fecisse Xerxes rex Persarum, qui non minori dementia in aquis, quam alter in aere errauit. Pons quidam sublicius Hellesponto imminebat; hic inter vortices illos prona aqua abreptus est, nolente Xerxe, scilicet absque ipsius nutu tentatum. Ergo continuò trecentos ictus mari

Imper. & regum.

mari infligi fecit; adhuc etiam alapas impingi, ac denique compedes in illud immitti, quæ scilicet Neptunum recta in cruribus comprehenderent. Sed & Psylli indignati tam liberum excursum ventorum, id est tẽpestates; communi sententia decreuerunt illos reuerberare. Ergo conscripti milites, instructæ acies, signa altè explicata: classica etiam præluserunt, & denique ductum agmen in vẽtos strinxit acinaces, vibrauit enses, tormenta, & catapultas explosit, non minori dementia quam iactura, vt ipsi olim doluerunt, quamquam immeritis; nam comprehenderunt illi inimicum, quia nimirum aerem verberarunt. Quis hos non censeat illius Cæsaris candidatos, mimicum argumẽtum, materiam Euripidis cuiuspiam, aut Menandri, obiecta metamorphoseos, Apulei alicuius de asino humano. Et nos tamen

Populorum.

in

in eodem theatro fabula essemus, nisi naturam hic errantem, Meteorica ferula corrigeremus, sed sit ista stupiditas, stertat inertia nostra ad honoris, & famæ iacturam, saltem ad loculos, & lucra vigilemus, ferrea progenies certè metallorũ vsum addiscamus; sæculi aurei abortus ad tinnitum nummi erigamur. Nempe, si nescitis, horum etiam non penita noticia quin vmbratilis tantũ, ac forensis, omnium nobis vsutam (immanè quam) augebit, ne quid addam de superpondio vitæ, quam istorum peritia longa Colophone producit. Quãti enim refert nosse, vt niues commodissime aruis incumbant, quia nimirum vaporatum ex illis calorem deprimunt, & antiperistasi sua mo-rantur. Propter quod merito cecinit regius Psaltes Deo, quod [det niuem sicut lanam], ad operimentum vtique, & te-

Vtilitas & Incrum ex meteorologicorũ scitu.

Nix quid iuuet Psal. 147. v. 5.

porem, ſtropha, & ſtratagêmate eo dignis, quod algido inſtrumento ad calorē ciendum vtatur. Sed & nix aliter, & amplius aruis fœneratur tenui ſuo, & lacteo humore, velut è mammis hauſto, cū cōſtet eam cæleſtium aquarum ſpumam, & proinde liquidam illam in optimum lætamen reſolui. Quam attinet ad Nauticam, & mercaturas ſi nōueris Oceanum nō modo reciprocari æſtu, ſed ab Oriente in Occaſum, maximè inter Tropicos impelli, vt proinde vberiori commeatu egeas ad relinquendas Indias, quam ad repetendas, & quum in Mediterraneo mari ex Hiſpanijs in Paleſtinam contendis plurimo ampliusitu, quam reditu labores. Quod ipſum ſcitu pretium eſt de diſcrimine Septentrionis & Auſtri; inter quæ ſi traijcias, longè leuius progreſſum, quam regreſſum tentabis; ſiue quia Aquilo altior eſt Auſtro,

Motus exotici maris.

atque

atque ita pronum est inde huc ferri; siue ex nostro Trione cataractæ aliquot fluminum in mare exonerant, quo pondere vtique id impellunt; siue denique venti nostrates, quum ex frigore sint australibus densiores, promptius secant tenuem, & calidum aërem zonę torridę, quam ex aduerso iste ab illis diuidatur. Et quoniam hæc desinentis oratiunculæ puppis ventis aspiratur, vela ipsis faciamus, atque eorum beneficia authoribus diuidētes, id etiam in album referamus; quod quā sunt optandi in alto venti, tam sunt in sicco perniciosi. Propter quod placet ex Vitruuio id adnotare, insanum planè esse ciuitatum, ac castrorum situm quæ primarijs ventis exponuntur. Sit exemplum Mitelene, vbi quum Auster flat, incolæ ægrotant; quum Corus, tussiunt; Septentrione autem redeunt ad sanitatem, sed in an- *Notata aliqua de ventis.*

giportis, & foro non possunt cõsistere ob frigoris acrimoniam. An non etiã expedit audiuisse, Aquilonem impari dierum numero flare, Austrum pari: Illo spirante mares, hoc fœminas gigni: Boream vt illimũ animali, alimentum inintro cõcoquere, cutem frigore constipare, & hominis cerebrum, quasi cælum purgare; quũ ex diuerso Auster, ille pincerna pluuiarum, sẽper vterum gerens, eas Iliades malorum nobis inuehat, quorum cura medicos, & pharmacopolas ditauit? Illa humectat, sensus hebetat, hominem ipsum ad omnia segnem, & plũbeum facit, pus, pruritum epidimiam, epilepsiam, & alia (nam quæ non) symptomata generi hominum & ferarum infert. Vnde & factum videmus, vt septentrionales populi sani, ac vegeti lentius etiam viuant, quum è contrà Aethyopes debiles, ac laxi, cito canescant,

&Garamantes quadragesimum annum vix excedant. Adhuc item an aliquid auidius homines audire deberent, quam si contingeret amuleta aliqua aduersus fulmen, iram illam, & arma cælorum tuendis illis explicari? explicat autem Meteorologia. Quid sanius, quam professores tradere, populum audire; humilitatem loci contra ipsum conferre, vt carinæ in nauibus non fulminentur? & hoc meteorologici tradunt. Quid vtilius, quem scire feriẽda à fulmine concuti prius & vibrari? vt proinde homo si nõ cauere ipsum, sed excipere generosus possit; quandoq; etiam circum sonorum illud irridere; & hoc atque id genus sexcenta sciuntur ex Meteorologia, quã proinde in hoc materia apprime doctam, & saluberrimè docentem omnes accedent multa iudicij laude, magno vsus compendio; vulgus mirabitur

Miscella de fulmine.

doćti.

docti ruminabunt, Medici cõsulent, Chirurgi exercebunt, Pharmacopolæ addiscẽt, Theologi approbabunt. Nempe etiam hic illa vsum,& campum habet, minus quidem frequẽtem, sed magis illa serium, quũ à focis ad aras peruenit. Ecce ipsum: Agitur de aliquo in fastos sanctorum referendo, vita eius expenditur, mors item; actus, officia Reipublicæ si gessit, priuatæ si impleuit; quæ quũ pura sceleris virtutum ipretio nitent, nunquam non trahunt appendicem miraculorum, velut vmbram gloriæ, ponè, & pertinaciter instantem. Iam verò quam pronum est hic decipi? quam facile fucum pati, dum naturalia pro gratuitis, spuria pro sinceris obtrunduntur; putatur esse portentum, quod exoticum est, & supra naturam factum quod fit præter vsum. Sit experimentum: Prodigiosas pluuias quidni in

Meteorologia Theologiæ necessaria

pro-

prodigijs numeremus? & tamē ex fide authorum scimus naturam his partubus fœcundam. Alicubi sanguine pluit: quod quum in Sueuia contigisset ad annum millesimum quingentesimum tertium, miraculi certitudinem extra aleam posuit, quum etiam cruentæ cruces in incedentium veste viderentur. Et hoc tamen ipsum, quod est peculium religionis, non deest qui arti, (parum est naturæ,) adscribat, ortum inquiens ex vestium textura, in quibus transuersa fila se decussabant. Niuem non candicare tantum, sed splendere, notissimo notius est, & verò esse debet, quum sit illa aquatica spuma, & vellus ex nube concretum: si ergo aliter tingi eam contingeret, conclamatum audires, portentum, portentum: & tamen in Armenia illæ rubro villo ruunt. Propter quæ equidē censeo vobis quotquot me audītis *Hieron. Cardanus*.

ditis partem hanc postremam philosophiæ, & disciplinæ iam desinentis laciniam auidè arripiendam, ne notemini à criticis tam solida fundamenta nulli fastigio subiecisse. Quã enim læuum, & stultũ est finem ante finem facere, nauem secus portum sistere, stipendia ad vesperam demereri? Huc vsq; (AA) fauonio studiorum vecti, lætissimè vela fecistis, ancoram nisi in portu ne iaciatis. Philosophicum puluerem frequentissimo teste, & circum plaudente collegistis; nemo vos fascinet gloriosum curriculũ truncare. Ne Nemesis vlla ita vos dementet vt qui supra vulgus esse cepistis maioribus vestris maiores, Nunc denique imminente palma, & iam iam inclinata, vos notissima tantum cognoscentes, nihil à plebe nisi irritis conatibus, differatis. Scio tot capita in diuersum itura. Alius cum Natura desinet Philoso-

losophiam professus. Alter pro-
uentuum candidatus Theolo-
gum, & Ecclesiastem imple-
bit. Hic Nauticâ, alius Geor-
gica tractabit, data fata, &
suos genios sequuti. Sed, nisi
ego memoria fatisco omnes
iam audiuistis dictum, appro-
bastis auditum, nutu verticum,
& ciliorum nictu confirmastis,
Meteororum conscientiam e re
cuiuslibet horum, ac proinde
debere omnibus in pretio esse,
Philosophis charam, Theolo-
gis vtilem, Ecclesiastis præ-
dicandam, atque adeo gnaui-
ter addiscendam esse, ac ru-
minandam. Quare siue vos vo-
luptatis illecebra titillet, quod
abiurò; siue lucri compendium
irritet, quod concedo; siue,
quod potius optare me expedit
vos sperare, honestas virtutis
etiàm indotatæ allectat, asseri-
te vobis eam artem, qua à po-
pulo differatis. Ne negligite,
instrumentum opum, quo cres-
in-

catis. Sapiat denique vobis sapientia, quum per eam toties reipublicæ vtiles, tueri religionem, relegare portenta, famæ & honori fœnerari; admirationem vestram sistere, alienam prouocare possitis.

ITE PROLVSIO EST.



PROLVSIO
Duodecima.

In vniuersam Aristotelis doctrinam, de Peripateticæ philosophiæ principatu.

POstea quam ego hactenus (AA) mineralia Naturæ in principiorum indagine scrutatus, per fortunę gradus in fatorum penetral ascendi, iudicaui super esse hanc conatibus meis Colophonem, ne tyrones itineri committerem sola temeritate securos; quin in antecessum eorum prouiderem subterraneæ expeditioni ducem, accende-

in radios materiam minorum astrorum quæ videmus in Firmamento pasśim maximè verò via lactea nictare. Hoc illi astrologi Lunę cornibus laureandi.

Quanquam quid hæc ridemus quando *Anaxagoras* qui Physicorum familiam duxit, nō potuit adduci, vt niuem albam esse crederet, nigram esse contendens. cur putatis? quia scilicet ex aqua est, tanquam hæc sepia esset; sed & solem ferrum candens dicebat Peloponeso maiorem: qui etiam quum vidisset aliquando lapidem ex aëre lapsum, fidenter pronunciauit cælum ex lapidibus confectum, & vehementi motu constare, aliàs ruiturum. Thales inanimatis animas fuisse inquiit ob succinum, & magnetem; ne miremur alios minimè initiatos his sacris transuersa vestigia huic pulueri impresśisse. Causa exempli: quę

situm

ſitum quid eſſet aſtrum illud tortuoſum, quod Cometem dicimus; & miramur vltra aliorum ſphæram, pilos tanquam radios vibrare? Creditum vulgo fuit has eſſe animas heroum, qui meritorum ergo eò loci, & formæ donarentur. Placuit hæc hæreſis Octauiano Auguſto, qui ortum ſuo tempore cometam Iulium Cæſarem credi voluit. Cui ne quando ſecũdus foret Pompeius, etiam hunc quidam ex illa academia adulantum magnificè cecinit in æternos orbes collectum. Sub eodem Imperatore videtur philoſophiæ ſtipendia feciſſe Xerxes rex Perſarum, qui non minori dementia in aquis, quam alter in aere errauit. Pons quidam ſublicius Helleſponto imminebat; hic inter vortices illos prona aqua abreptus eſt, nolente Xerxe, ſcilicet abſque ipſius nutu tentatum. Ergo continuo trecentos ictus *Imper. & regum.*

mari

mari infligi fecit, adhuc etiam alapas impingi, ac denique compedes in illud immitti, quæ scilicet Neptunum recta in cruribus comprehenderent. Sed & Psylli indignati tam liberum excursum ventorum, id est tēpestates; communi sententia decreuerunt illos reuerberare. Ergo conscripti milites, instructæ acies, signa altè explicata: classica etiam præluserunt, & denique ductum agmen in vētos strinxit acinaces, vibrauit enses, tormenta, & catapultas explosit, non minori dementia quam iactura, vt ipsi olim doluerunt, quamquam immeritis; nam comprehenderunt illi inimicum, quia nimirum aerem verberarunt. Quis hos non censeat illius Cæsaris candidatos, mimicum argumētum, materiam Euripidis cuiuspiam, aut Menandri, obiecta metamorphoseos, Apulei alicuius de asino humano. Et nos tamen

Populorum.

in eodem theatro fabula esse-mus, nisi naturam hic errantem, Meteorica ferula corrigeremus, sed sit ista stupiditas, stertat inertia nostra ad honoris, & famæ iacturam, saltem ad loculos, & lucra vigilemus, ferrea progenies certè metallorũ vsum addiscamus; sæculi aurei abortus ad tinnitum nummi erigamur. Nempe, si nescitis, horum etiam non penita noticia quin vmbratilis tantũ, ac forensis, omnium nobis vsutam (immanè quam) augebit; ne quid addam de superpondio vitæ, quam istorum peritia longa Colophone producit. Quãti enim refert nosse, vt niues commodissime aruis incumbant, quia nimirum vaporatum ex illis calorem deprimunt, & antiperistasi sua morantur. Propterquod merito cecinit regius Psaltes Deo, quod [det niuem sicutlanam] ad operimentum vtique, & te-

Vtilitas & Incrum ex meteorologicorũ scitu.

Nix quid iuuet Psal. 147. v. 5.

porem, stropha, & stratagêmate eo dignis, quod algido instrumento ad caloré ciendum vtatur. Sed & nix aliter, & amplius aruis fœneratur tenui suo, & lacteo humore, velut è mammis hausto, cũ cõstet eam cælestium aquarum spumam, & proinde liquidam illam in optimum lætamen resolui. Quam attinet ad Nauticam, & mercaturas si noueris Oceanum nõ modo reciprocari æstu, sed ab Oriente in Occasum, maximè inter Tropicos impelli, vt proinde vberiori commeatu egeas ad relinquendas Indias, quam ad repetendas, & quum in Mediterraneo mari ex Hispanijs in Palæstinam contendis plurimo ampliusitu, quam reditu labores. Quod ipsum scitu pretium est de discrimine Septentrionis & Austri; inter quæ si traijcias, longè leuius progressum, quam regressum tentabis; siue quia Aquilo altior est Austro,

Motus exotici maris.

atque

atque ita pronum est inde huc ferri; siue ex nostro Trione, cataractæ aliquot fluminum in mare exonerant, quo pondere vtique id impellunt; siue denique venti nostrates, quum ex frigore sint australibus densiores, promptius secant tenuem, & calidum aërem zonę torridę, quam ex aduerso iste ab illis diuidatur. Et quoniam hæc desinentis oratiunculæ puppis ventis aspiratur, vela ipsis faciamus, atque eorum beneficia authoribus diuidẽtes, id etiam in album referamus, quod quã sunt optandi in alto venti, tam sunt in sicco perniciosi. Propter quod placet ex Vitruuio id adnotare, insanum planè esse ciuitatum, ac castrorum situm quæ primarijs ventis exponuntur. Sit exemplum Mitelene, vbi quum Auster flat, incolæ ægrotant; quum Corus, tussiunt; Septentrione autem redeunt ad sanitatem, sed in an-

Notata aliqua de ventis.

giporris, & foro non possunt cōsistere ob frigoris acrimoniam. An non etiā expedit audiuisse, Aquilonem impari dierum numero flare, Austrum pari: Illo spirante mares, hoc fœminas gigni: Boream vt illimū animali, alimentum inintro cōcoquere, cutem frigore constipare, & hominis cerebrum, quasi cælum purgare; quū ex diuerso Auster, ille pincerna pluuiarum, sēper vterum gerens, eas Iliades malorum nobis inuehat, quorum cura medicos, & pharmacopolas ditauit? Illa humectat, sensus hebetat, hominem ipsum ad omnia segnem, & plūbeum facit, pus, pruritum epidimiam, epilepsiam, & alia (nam quæ non) symptomata generi hominum & ferarum infert. Vnde & factum videmus, vt septentrionales populi sani, ac vegeti lentius etiam viuant, quum è contrà Aethyopes debiles, ac laxi, cito canescant,

&Garamantes quadragesimum annum vix excedant. Adhuc item an aliquid auidius homines audire deberent, quam si contingeret amuleta aliqua aduersus fulmen, iram illam, & arma cælorum tuendis illis explicari? explicat autem Meteorologia. Quid sanius, quam professores tradere, populum audire, humilitatem loci contra ipsum conferre, vt carinæ in nauibus non fulminentur? & hoc meteorologici tradunt. Quid vtilius, quem scire feriẽda à fulmine concuti prius & vibrari? vt proinde homo si nõ cauere ipsum, sed excipere generosus possit; quandoq; etiam circum sonorum illud irridere; & hoc atque id genus sexcenta sciuntur ex Meteorologia, quã proinde in hoc materia apprime doctam, & saluberrimè docentem omnes accedent multa iudicij laude, magno vsus compendio; vulgus mirabitur docti. *Miscella de fulmine.*

docti ruminabunt, Medici cõsulent, Chirurgi exercebunt, Pharmacopolæ addiscẽt, Theologi approbabunt. Nempe etiam hic illa vsum,& campum habet, minus quidem frequẽtem, sed magis illa serium, quũ à focis ad aras peruenit. Ecce ipsum: Agitur de aliquo in fastos sanctorum referendo, vita eius expenditur, mors item; actus, officia Reipublicæ si gessit, priuatæ si impleuit; quæ quũ pura sceleris virtutum spretio nitent, nunquam non trahunt appendicem miraculorum, velut vmbram gloriæ, ponè, & pertinaciter instantem. Iam verò quam pronum est hic decipi? quam facile fucum pati, dum naturalia pro gratuitis, spuria pro sinceris obtrunduntur; putatur esse portentum, quod exoticum est, & suprà naturam factum quod fit præter vsum. Sit experimentum: Prodigiosas pluuias quidni in

Meteorologia Theologiæ necessaria

pro-

prodigijs numeremus? & tamẽ ex fide authorum ſcimus naturam his partubus fœcundam. Alicubi ſanguine pluit: quod quum in Sueuia contigiſſet ad annum milleſimum quingenteſimum tertium, miraculi certitudinem extra aleam poſuit, quum etiam cruentæ cruces in incedentium veſte viderentur. Et hoc tamen ipſum, quod eſt peculium religionis, non deeſt qui arti, (parum eſt naturæ,) adſcribat, ortum inquiens ex veſtium textura, in quibus tranſuerſa fila ſe decuſſabant. Niuem non candicare tantum, ſed ſplendere, notiſſimo notius eſt, & verò eſſe debet, quum ſit illa aquatica ſpuma, & vellus ex nube concretum: ſi ergo aliter tingi eam contingeret, conclamatum audires, portentum, portentum: & tamen in Armenia illæ rubro villo ruunt. Propter quæ equidẽ cenſeo vobis quot quot me auditis

Hieron. Cardanus.


ditis partem hanc postremam philosophiæ, & disciplinæ iam desinentis laciniam auidè arripiendam, ne notemini à criticis tam solida fundamenta nulli fastigio subiecisse. Quã enim læuum, & stultũ est finem ante finem facere, nauem secus portum sistere, stipendia ad vesperam demereri? Huc vsq; (AA) fauonio studiorum vecti, lætissimè vela fecistis, ancoram nisi in portu ne iaciatis. Philosophicum puluerem frequentissimo teste, & circum plaudente collegistis; nemo vos fascinet gloriosum curriculũ truncare. Ne Nemesis vlla ita vos demẽtet vt qui supra vulgus esse cepistis maioribus vestris maiores, Nunc denique imminente palma, & iam iam inclinata, vos nouissima tantum cognoscentes, nihil à plebe nisi irritis conatibus differatis. Scio tot capita in diuersum itura. Alius cum Natura desinet Philoso-

losophiam professus. Alter pro-uentuum candidatus Theologum, & Ecclesiastem implebit. Hic Nauticā, alius Georgica tractabit, data fata, & suos genios sequuti. Sed, nisi ego memoria fatisco omnes iam audiuistis dictum, approbastis auditum, nutu verticum, & ciliorum nictu confirmastis, Meteororum conscientiam e re cuiuslibet horum, ac proinde debere omnibus in pretio esse, Philosophis charam, Theologis vtilem, Ecclesiastis prædicandam, atque adeo gnauiter addiscendam esse, ac ruminandam. Quare siue vos voluptatis illecebra titillet, quod abiuro; siue lucri compendium irritet, quod concedo; siue, quod potius optare me expedit vos sperare, honestas virtutis etiàm indotatæ allectat, asserite vobis eam artem, qua à populo differatis. Ne negligite instrumentum opum, quo cres-

in-

ratis. Sapiat denique vobis sapientia, quum per eam toties reipublicæ vtiles, tueri religionem, relegare portenta, famæ & honori fœnerari; admirationem vestram sistere, alienam prouocare possitis.

ITE PROLVSIO EST.



PRO-

PROLVSIO Duodecima.

In vniuersam Aristotelis doctrinam, de Peripateticæ philosophiæ principatu.

POstea quam ego hactenus (AA) mineralia Naturæ in principiorum indagine scrutatus, per fortunę gradus in fatorum penetral ascendi, iudicaui superesse hanc conatibus meis Colophonem, ne tyrones itineri committerem sola temeritate securos; quin in antecessum eorum prouiderem subterraneæ expeditioni ducem, accenderem

rem maritimę velificationi Arcton, ac vtroque periculo laborantibus Pharum quandam exstruerem, certe exhiberem. Id verò etsi videri possim in singulis prolusibus partiariè, in omnibus vniuersim egisse; sed interim illud semel ex professo agendum erat, quod aliquando necesse, sæpe merito, nunquam satis præstarem. Vt digito saltem demonstrarem Agamemnona copiarum, is est Aristoteles, qui siue sicco pede terram obieris, Imperator erit, siue humido mare tentaueris, plus Geminis erit polare astrum, & Cynosura philosophorum. Namque vt ad instituti mei repetundas, ac ratiocinium postliminio recurrã, ego immane ijs absũ qui parua parui pendunt, velut industriæ suę imparẽ moram, quasi vero illos à magnis auspicatos, auspicia ipsa sequi tandem, ac non occupare imprimis debuissent.

Momenta quæque in principio curanda.

Absit

Abſit amentia; reſpublica agitur quoties priuatæ ſingulorum agitantur; magna quæ minoribus præſtant, etiam conſtant: quamuis altum quamlibet imo creuit : ſtillicidia ſitulas implent, meſsis in ſemine cœpit, adoleſcentia excolitur, dum pueritia cicuratur. Incrementa in rudimentis cogitanda ſunt, & cauto cuiuis, tanquam Democraticæ philoſophię candidato etiam atomi curandi ſunt, quibus aceruus coaleſcit. Commune periculum eſt ſi corruptis ſiphonibus marcida aqua in vrbem deriuetur, & proinde curandi canales. Publica iactura fit ſi legitimo charactere adultera numiſmata cœlentur, adeoque chymicæ fornaces obturandæ. Experientia ſi falſa, etiam fallax eſt; & vniuerſim quum obiectum ſenſui, ſenſus menti mentitur; Propter quod renitendum admodum vt ipſe, tanquam ex-

plorator, omnia ex fide referat: ne errore imbutus, intellectui quem hausit, propinet.

S Theol sternendũ Philosophia fundamentũ.

Quo magis enitendum est nobis (AA) vt quotquot imbuendam adolescentiam aut tradimus, aut captamus, digno opere exordio fundamenta solida æterno fastigio sternamus. Priusquam in Olympum S. Theol municipes ascendamus, citra superbiam gigantum Athon & Capharea principiorum, montes montibus supponamus. Nempe cœlestium cognitio à nostratibus obiectis est ordienda; fides Philosophiam, credulitas scientiã supponit; nequit sanctus asse qui nullus est; nec potest id Gratia colligere quod Natura dimisit. Ergo priusquam in Oceanum illum tendimus Delijs natatoribus vtamur, hoc est, didascalis Philosophiæ, quibus nunc æui ita non eget Orbis, vt abundet; atque ibi nos ope-

operis noſtri pretium expectat, ne inuenire eos, ſed deligere ſtudeamus.

Ita luxuriauit hæc Lerna ſcholarum, truncatorum capitum ſemente repullulans, quũ inde ſingulæ nouam ſibi vendicarent quod priorem diſſoluiſſent, & multiplicatæ ſuis mortibus ſectæ orbitatem fœcunditate ſuperarent. Nam quis niſi nauſeabundus ſuſtineret me vetuſtatem illam philoſophorum centuriantem; Celtarum Druydas, Aethiopum Bracmannos, Aegyptiorũ vates, Indorum Gymnoſophiſtas; ne deinde ſingulorum capita cenſere cogar, Leucippos. Melicippos, Xenophanes, Anaxagoras, Anaximenes, Anaximandros, atque alios, aliosque, græcos aliquot præſertim, crepitacula illa ad popularis auræ flabrũ in foro vociferata, quorum quiſque ita plurima ſapiebat, vt incidere contingeret in maio-

Ex pluribus quatuor potissimum scholæ celebratæ.

maiorem vulgi insipientiam; cui impexa cæsarie & laciniosa abolla philosophum ostentabat pretio admirationis vœnalem. Hi ergo fungi sapientiæ nocte vna adulti, simul ac effœti, posteritatem suam secum, pœnè etiam memoriam, famam certè sepelierunt. Vt ex tot agminum imperatoribus bis duo tantùm in huius gloriæ Capitolium scholarum quadriga contendant Academici, Peripatetici, Stoyci, Epicurei. Et horũ quidem singuli, aliquando monarchia sua & solitudine freti, tantæ ambitionis plausum exceperunt, succedenter atque diuisè; siue ipsius Naturæ palato declinante vnius crambis fastidium; siue tempore conditionem rerum alternante, vtcunque, blandiente omnibus nouitate quatuor illæ, tanquam totidem anni tempestates lucẽ Orbi diuiserunt. Plato inprimis, qui in hoc agone ingeniorum

Academica.

tot

tot suffragijs certauit, vt palmam meruisse prius quàm tentasse videretur, rationum aculeo, eloquentiæ succulentia, quorum vtrumque olim Musæ apes in aluea rio cunarum eius cumulatissimè prodegerunt. Illius Academiam tota olim Græcia, deinde etiam Africa, atque hęc citerior Italia ambiuit, audiuit, suspexit, veluti Hyblam facundiæ, Heliconem veritatis, Græciæ Græciam, Athenas Athenarum. Cæterũ ex nostræ Ecclesiæ CC.PP. Augustinus Platonicis, Hieronymus Stoicis subscribit, & videtur vincere si lis ad tribunal pietatis decidatur. Etenim ex quo Pythagorica metamorphosi philosophia ab intellectu migrauit, illa huius nominis res est, non quæ contentionibus ebria disputationum crepitu vociferatur, sed quæ sistit animum; ne aut delicijs difluat, aut iniurijs perstringatur; quæ rationis

amuleto, atque anchoris defigit eum, ne quando fortunæ, aut blandienti arrideat, aut iratæ succumbat. Et vbi hæc illa, nisi in Porticu philosophatur, quæ ahenis dogmatibus, & dignis cælo, inuulnerabilem animum aduersis indurat. Quæ naturæ anomiam & petulantiā passionum, non vt Peripatetici, radere audet, sed eradicare, quùm isti compescere eas tentent, & velut iumentum adiectis lupatis doceant intermittere duntaxat feritatem. Ignoscendum istis, illis etiam applaudendum, qui propugnaculum nobis struxerunt, in quo quis etiam furēte tyranno beatitatem sartam tectamque seruaret, æquam vtrobique, imo eandem, siuè in roseto lasciuiat, siue in equleo rarescat, quū interim Lyceum egeat fortuna ad felicitatem, vtpotè cui virtus nō sufficit, nisi cutis curetur; & satisfiat belluonibus sensuum,

quo-

quorum fames esca ipsa irritatur. Quos tu pullos ab hoc nido, aquilas a columbis expectes, cùm interim Porticus suos reddiderit ad fortunæ flexum ferreos, & per sua funera immortales. Hoc lacte alti, atque adulti fortissima nomina durissimam pugnam vicerunt, Cato ferrum, Socrates cicutas, crucem Regulus; Marius lanceas, Agesilaus ignes, Portia cultros. Quos si ob ista scimus in possessionem gloriæ trãscriptos, quanto amplius iudicabimus inter hæc fœlices, quum bonum numquam plus prosit quàm præsens? Vsq; adeo Stoyca disciplina opportunè ad portum beatitatis appellit, nec lucet tantùm vt astrum, sed afflat vt aura, & voluntatum nostrarum lenta carbasa, ac scapham animę fluctuantis ita promouet, vt nihil eam, nisi celeritas ipsa moretur.

Enimuero apud ipsos à temeri-

meritate cauendum, quomodo in Peripato ipse timor erat timendus. Sed abstersit næuum hunc sua spongia Epicurus, qui Stoycos in aduersa præcipites magis quàm propetantes, velut Fabius quisquam, sua mora moderatus, salebrosum iter lenitatis interpunctu temperauit. Epictecus enim, Zeno, atque omnis retro in aduersum Naturæ nixa scena Stoicorum velut ingeniosi pictores minio aliquo, & cerussa fucarunt aduersa; ne cui se proderent, nisi personata. Illis malum erat quod animum lædit, non quod sensum percellit, in quo quamuis immani buccinabant nihil esse terribile nisi terrorem. Durè illi, &, ad speciem vt minimum acerrimè castra metati, expectabant Epicuri signum qui receptui caneret, & suaderet dolorum aculeos in tormentis subterfugi nō posse, etsi possint dissimulari.

Et

Et quales illi demùm, quantus iste est, vterque óbicē agunt Peripateticæ maiestati ad summum aspiranti; nec à fastigio tantùm, sed à cliuo coercent; quibuscum atque etiam Academia quasi cum tricipiti Cerbero mihi est certandum. Atque vt appaream ab inuidia, contentionum quãtum à studio abesse; Cedo illis sua; non eget his manubijs meus Imperator nisi hosti permissis, à quo deinde cum fœnore gloriæ repetantur. Vnde Stoïcorum robur Aristoteli militabit, Platonis facundia ipsi perorabit, & quidquid Epicurus ille summus Pōtifex voluptatum in puluinaribus Veneris trans lineam lasciuiuit, Aristoteli nostro ad temperandum mediocritatis pharmacum fœnerabit. Cæterum, mihi consilium non est pectere hic Platonem, aut styli interpūctu singulos eius capillos discriminare: aliqua tamen acu tan-

gam quibus Aristoteli (nam quibus non) est impar, Et quoniam hic campus non est aciem ex æquo instruendi, compendio totam prosequar, atque Academię methodum perstringens, quasi in centro quodam radios omnes peripheriæ truncabo.

Negatur Platoni, in primis palma.

Nempe Plato Socraticæ dubitationis pertinax hæres, versatilis, & cautus, omni se parti permittebat, & velut in duello neuter, inimicitias fugiens, amicitias vitabat. Et quis quæso Academicorum tumor, qui se nullius professores iactabant, & veritatem fuga insequuti, ne errarent, errauerunt. Adeo Athenis non fuit opus Domitiani edicto vt philosophi exularent; Academia ipsos proscripsit, degeneres sciolos enixa, qui dum sapientum periculo abesse vellent, consilio abierunt: de quibus id mirari non desines, quòd alicuius sectæ

erant,

erant, qui nullius essent sententiæ. Quis enim sensus non aliquid censentium, quibus ne id quidem certum erat, esse omnia incerta. Cum exaduerso Stoici tam certi incerta auderent, vt contenderent etiam somnijs adhibendam fidem. & cuiuis

Qui videt, aut vidisse putat per nubila lunam;

atque tum maximè nesciențiam suam prodebant cùm plurima se scire profiterentur.

Incipit asseri Aristotelis principatus.

Et ecce, qui Aristotelem lacessunt, hominem (si quis hominum) diuinum, Doctorem Alexandri magnitudini parem, Philosophiæ partum & parentem, à quo scientia se ipsam didicit; per quem rerum omnis Natura situm exuta, atque in Vniuersi huius conscientiam producta gratitudinem suam à mortalibus recu-

perauit. Eqidem cùm in eum admirabundus reſpicio, fateor ſtrictu fulgoris reuerberor, neque capio quæ ei faculæ, aut cicindelæ auſint aſsidere, quem ſcimus non ſegnius luxiſſe Orbi quàm ſolem. Sed vt video, maſtiges ipſius, atque antagoniſtæ, vel ex damno decerpere aliquid voluerunt, & quadantenus vincere dum vincerentur, quum in ipſorum titulis ſummum foret quod illi eſſent congreſsi; Pygmæi giganti, nani Coloſſo, Parides Achilli, Vlyſſes Aiaci. Et quantus ille, cuius victoria hoſti militat, atque ipſum etiam quem ſupplodit, attollit.

Sanè verò, vt in hoc me porro aperiam, neu quidpiam ei exiſtimetis calamo meo, tanquam corniculæ aliena pluma adſcribendum, ſanè planeque inquam, id me credo cuius citra eloquendi ambitum facilè perſuaſurum, ſi vel ipſius tem-

poris

poris calculum legitimè ponẽtem me sustineatis. Nempe priores illi dudum iam multũque placuerunt; atq; ideo multum quia dudum, non expectata sapientiæ maturitate, cuius inopia apud populum opulentabat professores: Deinde autem labentibus annis, & adolescente posteritate, tum enim vero illa maiorum nostrorum impexa vetustas iuuare tantum, ac non satiare eos potuit, qui ad patrimonium sapientiæ industriæ suæ prouentum addiderunt. At is verò, quem dicimus, ac dictamus Aristoteles, velut amaranthus æternitatem famæ sustinet, fastidium varietate profligat, vt aut nos illi præfuisse, aut renasci illi videatur quoto seculo, omni palato: Ille Olympiade, nonagesima quarta ante Christum editus æstimationis suæ testis fuit, quum Philippus rex publica voce iactauit fœlicitatis suæ tra-

Ex æterna æstimatione huiusque seculorum.

podem, Aristotele velut pedamento constare, haud vtique minus quam Alexandro, qui per illum magnus fuit. Huius opera L. Sylla dictator ingenti precio comparata ex Pyræo in Vrbem transtulit. Ipse iam ante maiori instructus est, ad eorum, imo ad vnius libri elucubrationem octingintis talentis. Eadem singulari vigilia prouidentiæ Dei, inter tot authorum mortalitates, per maximorum imperiorum ruinas, tanquam optima spolia, quater in triumpho sunt ducta. In primis enim quùm Attalicorum, ac Aegyptiorum industriam euasissent, & non inuenta, reperta ab Apollione Teio in Græciam suam; velut ab exilio reuocarentur; ab eo, quem diximus, Romanorum agminum Imperatore, in hanc vrbem vestram (ciues) in triumphi pompa sunt inuecta. Tum verò eunte pessum vestro fastigio ob Bar-

Athenæus lib. 9. cap. 20.

Eius opera prouincias & regna triumphando peragrarunt.

Barbarorum Septentrionalium excursiones, sed & Orientis imperio, noua procella à meridie perculso, Saraceni primùm latrocinijs, tum etiam iusto exercitu Græciæ prouincias aggressi, & per Aegyptum ac Africam in mediterranei maris insulas deducti, inde cùm reliqua præda Aristotelis libros conuehentes, Græcis & Latinis litteras cum Imperio eripuerunt. Exinde autem Philosophia apud nostros sexcentis circiter annis sopita Fredericus II. Sultani victoria Augustus, suis ipse sumptibus magnam operũ illius partem ex Arabo in latinum transferri fecit, & velut philosophicũ spolium, ac ditissimas manubias Imperio Romano recuperauit. Denique Constantinopolis euerso Imperio per Mahumetem tyrannum, Græci aliquot (Aeneas appellem) Aristotelis philosophiam, velut Penates ac Pallantæum ex illo in-

cendio rapuerunt. Ita ille (quod dixi) quadam quadriga triumphorum Aristoteles, etsi aliquando interim victus, de victoribus suis ouauit. Huic patria sua data, imò reddita est, non modo illi, sed sibi, quùm Macedonico bello vastata ex ruderibus suis ac sepulchris, ad honorem illius rursus structa respirauit. Ipsi veluti oraculo cuipiam statua ibi posita est, sed vbi posita nō est ei, cuius scripturæ lineamentis ingeniorum omnium tabulæ figurantur. Qui centurijs librorum tanquā sideribus philosophię firmamētum cælauit, ea facilitate vt vomuisse omnes diceretur; tanta fœlicitate, vt stillasse singulos crederetur. Qui ætatum omnium authores vnus occupauit, priscos in encomijs suis, sequaces comentarijs. Nam quid de eo ego in hac seculi lacinia, & periodo perorabo, cui tot temporum trama titulum

Ipse Pater patria.

Aliorū de ipso testimonia.

omnem laudis præoccupauit. Dicam eum anagnoften, atque omnis eruditionis helluonem? iam dixit diuinus ipse Plato. Apellabo flumen aureum orationis, appellauit M. Cicero. Iterum appellabo hominem ad intelligendum, æquè ac agendum, veluti Deum mortalem, iterum ille compellauit; omnis Græciæ omnisque Barbariæ disciplinis, institutis, legibus imbutum. Dubitabo verum sciētia rerum, an eloquendi suauitate; inuentionis acumine, an operum varietate prestiterit? Dubitauit dudum iam Plinius, non quasi in aliquo alteri fuerit quàm sibi secundus. Exclamabo deniq; eum exemplar quoddam Orbi obiectum, in quo, quantum Natura mortalis capere queat, quantumq; humano ingenio egredi fas sit, homines ipsi intelligere atq; admirari possint. Exclamauit dudum magister Arabum Auerroes, qui & ap- Cæli. lib. 17. ex Philippon.

pel-

pellauit eum vmbelicum rerũ epilogum & oraculum naturæ, ea procella laudis, quæ videri posset Xenophontis pœdia, & celebrare non tam quid sciuerit hic Cyrus, quàm quid potuit sciuisse.

Hanc ne ergo Tu, quisquis es, tam vulgatam celebritatem gloriæ squallori Porticus, aut Academiæ vmbris, in vtriusq; magistellis audeas comparare? Certè autem satius erat, eos non Aristoteli sed inuicem opponi, tanquam ex diametro aduersos, inter quos ille arbiter situs eam philosophandi normã tradidit, qua & priorum informem methodum, & aliorum effrænem licentiam retudit. Docuit enim aliqua se ipsis nota, velut muta formæ commendatione extrà omnem aleam esse, vt conuelli non possint, aliqua in lubrico, quæ sapiens nec posset repellere, nec auderet reprobare. Organum suũ, qua

Methodus philosophãdi Peripateticorum.

Arist. 2. Post Analit. 3.

qua apodicticum, qua dialecticum bipartitus, illo necessarijs, hoc contingentibus impenso, Alexandro, à quo doceretur; quærenti, verissimè respondit; ab obiectis. Ita enim in Physicis Naturæ ad numerũ assiluit, vt aut illi res ipsæ, aut ipse rebus meditato atque ex composito attemperasse se videatur. Tam ingeniosè implexa explicat, ita solidè obstantia irrumpit; obtusa acumine asperat, acuta grauitate obtundit, pugnantia dispescit, coeuntia nodat, dubia librat, arcana rimatur, vt penitus funditusque parienti Naturæ obstetrix assedisse videatur.

Illius biblia bibliotheca sũt, Laërtius ad quadringenta numerauit. Nobis saltem ad sesquicenturiã supersunt, ex quibus digna fides est non illius testamento, sed nostræ possessioni deesse; quæ in eius voluminibus desiderantur. *Operũ eius numerus.* Diogen. Laer. in vita eius

Tan-

Tantorum operũ molitori quid ni hiatum aliquẽ ignoscamus, siue vt pertinaci studio fas sit somnum obrepere; siuè vt ipse immobili nictu ausus fulgorem veritatis lacessere, aliquando interim palpitarit. Non eamus ergo inficias, quin hæserit, imò impegerit nonnusquam, & veritatis scopum tentarit tantùm. Esto Academicis quod obijciāt, sed est quod respōdeant de Orbis æternitate, quam quidem perperam Aristoteles asseruit, sed stultius Plato recusauit. Nempe is machinam hanc Mũdi tempori adscripsit materiam æternitati, superuacua prouidentia anxius, ne tum materia operi deesset, quum ipsum erat defuturum. Ita scilicet Plato in errore omne tulit punctum, & ex huius fabricæ opinionibus nullius sibi suffragium reliquit.

2. Iam ad illud quod de diuina prouidentia adfers, fateor parcum

tum in ea Aristotilem, cautum potius & proinde parcum; maluit hærere, quàm labi, quod quia Platoni non placuit, cùm de diuinis is multa dixisset, plura errauit. Nempe in illius oraculis est illa Pythagorica fabula est de migratione animarum, & expiaadis pristinæ vitæ noxis in corporis iumentorum. Atque illud item de verbo Dei nequaquam apud se natum vidit, sed aliunde adoptauit, Namque quum in Asiæ Aegyptum & in Occidente nostro ex antiquiore Græcia in maiorem, litteras toto Orbe fugientes persequeretur; in diuinas incidit; ex quibus pleraque in Tymæum suum transferre, forte etiam corrigere ausus, erronibus scholam aperuit, & anticipata iniuria Verbi, ante Arium vixit Arianus. Ita in theoriæ curriculo Academia suo damno, Aristoteli concurrit, in Ethica Stoyci, ad quos

Parius ipse in deffinit dis diui nis.

Plato Arianus. quos iam denique tanquam ad triarios vertendum est, quod Epicureos pudeat in stadium permittere, amurcam & fæcem philosophorum. Apage enim lutulentos sues, qui cæni sui mephitin dissimulant, dum mollitiem palpant. Apage Circes illas hospitum, quos receptibus ipsis, & fuga feritatis, inferas recudunt. Male sit scarabæis, qui ingloria opera pudendo figmento mancipantur. Eant effæminati illi ad vestales voluptatis; Nos Stoyci, scilicet plus quam viri, vocant, qui illecebras illas sensuum è bonorum albo expungenres, tranquillitatem in tempestate, beatitudinem in doloribus tuentur.

Epicurei postscribuntur.

At enim buccinent hæc hiãter, persuadere certè non poterunt nisi erronibus suis, qui hominis animum circũscribi autumant corpore suo non iam complice, sed paludamento. Olim explosit fumeam hanc

Stoicorũ etiã insensibilis passio.

aciem

aciem Stagiræus, interiectu styli, ac disparatis alis, inquiens in incomodis aliquando esse beatam animam, nunquam hominem beatum. Et verò vt se vendicent isti Naturæ, etiam rationis refractarij, sed interim dum, vapulant fortunę flagellis nequaquam verè beati sunt, sed fortiter infelices; si tamen. Risũ tenete: Nauigauit aliquãdo cum Gellio Ionium à Cassiopeia Brundusium nonnemo ex his Thrasonibus Stoicorum, cumque aduersis austris, & bulliente mari tempestas naufragium minaretur, Stoicus meus mortis vicinia perculsus conscientiam pallore prodebat ita non segniter vt notaretur à cæteris quanquam interim naufragis, sed adhuc auidis experiri; vt ille pericula concoqueret. Tum verò cùm mare detumuisset, ille ab Asiatico quodam sibilo exceptus, quod sibi impar, mortem trepidus horruisset. *Stoici Ethici nominales.*

quam

quam ipse erectus expectabat. Retulit quod quondam Aristippus eiusdem farinæ placenta alteri idem sciscitanti respondit, merito eum pro nebulonis anima non fuisse sollicitum: se autem pro illa Aristippi debuisse timere; scilicet cuius gibbo Respublica niteretur. Videte per Deum (AA) tam tumidis follibus auram crepitare; videtis fucum philosophiæ qui Stoico ita nõ alte insedit, vt nec cutem quidem imbuerit ne palleret. Timidus ipse metum perstringebat, præco eiusdem ac desertor, aduersus sua vitia facundus.

Abeant ergo in rem suam illi gloriæ aucupes, & admirationis nundinatores; quidquid, quantumque ipsi superbo cilio, & buccis follicantibus strepant, sed denique Naturæ impetus supprimi possunt, non extingui. Habeat sibi Porticus suam illam ferream fælicitatem, & con-

conducturam chalybi indolentiam; nos in Peripato statuimus, fœlicitatem nec in corporis commodis stare, nec sine illis: Quin eam veluti annulũ esse, in quo Fortunæ rota circulum describit, virtus gemmam locat ad pretium simul & ornamentum. Fuerit industriæ, sit modestiæ Platonis ex Achaia sua in Aegyptum ad Gymnosophistas, Tarentum ad Archytã cõcessisse vt disceret: Aristotelis est Latium, & Græciam ad se traxisse vt doceret. Qui cùm dudum iam Orienti suo occidisset, tum demum Occiduos nos tanquam Antipodas suos illustrauit! *Beatitudo vera apud Peripateticos*

Transmittamus ergo ei inferias, tam augusti magisterij. Sciant magni illi Manes ad vsuram se tacere; quoniam quum superstites illi vnas Athenas imbuerent, iam in tot prouincijs gratissima Echo audiuntur. Salue igitur Aristoteles Patriæ tuę *Apostrophe ad Aristotelis manes.*

Pa-

Pater, Naturæ interpres, Lucifer Philosophorum. Salue Suadę os, sapientiæ medulla, vtriusque ambidexter, geminæ columnę adscribens atque exhibens illud *Non vltra*. Inuentionis promptu, iudicij acumine, industrię fœlicitate; philosophorum anteriorum victoria, Theologorum succedentium miraculo, intrą famam, supra fidem prouecte. Vale olim, Imperatoris, nunç verò etiam imperij pædagoge; atque illud aliquod operæ tuæ pretium hisce cambij litteris, vtut illiteratis à me hodie admitte. Quamdiu veritati suus honor, scientiæ scientia constabit; Tu interim atque in diem viues laureandus, philosophorum concilijs, Theologorum suffragijs, curą medicorũ: Oratorum numeris, stylo Rhetorum, plectris Poëtarum.

F I N I S.

IN-

INDICVLVS Notabilium.

A



Aqua

B

C

D

Entia

H

I

Maiori

Oblecta-

P

Por-

metro

Q

Re.

R

S

Han-

Ter.

V

Z

FINIS.

SENTENTIAE

Prolusionibus

Insperſæ.

1 RETVNDENDVS eſt pruritus ſcribendi, noſtri ſeculi morbus, & quadam parcimonia operum velut dięta concoquendus.

2 Aula ſtolæ campus eſt, in puluerem educendi ſunt ſordidati.

3 Forma fœminas decet, virum robur, qui fron-

fronte ipsâ feralis decentissimè ornatum, seueritate vultum explicabit.

4 Vt in Rep. comptius vulgo patricij, his proceres incedunt, ita, scientiæ illæ orationis amictu præcedere debent quæ argumento præstant.

5 Nihil repente fit summum, & monstrũ est quod ipso captu lassat accipientem.

6 Vbique summum est solum.

7 Tanquam vtres inani suo pleni distendimur

mur ſufflamine, ac lubrico ſecundioris auræ, & in magnitudine noſtra nonniſi tumemus.

8 Quemadmodum legum pandectæ odij & inuidiarum ſecuræ, in talione pœnarum non perſonas ſed culpas perſtringunt; ita ratio tum demũ errorem omnem profligabit ſi nequaquam indiuiduos vultus attendat, ſed vniuerſorum ideas, quæ ita ſingulos arcent vt omnes complectantur.

9 Ser-

9 Serui dominus es, imo conſeruus, times ſi timeris.

10 Paruis magni aliquid ineſt, & ingentis eſt artis in arcto ſe explicare. Summum in ſcientijs & quaſi ars artis eſt ſe ipſam continere vt niſi ad rem non effluat, & ſcopũ vbique ſequi ac non circũuenire videatur.

11 Vt in cæleſti regione vaſti orbes tardius voluuntur ita in ſcholis ambitus verborum, & proſopopeię maturitatem profectus findunt

dunt insititijs moris.

12 Vbi exercitus immanitate numeri intumuit, tum etiam eminus vibrata formidine in hostes, velut stridente per interuallum sagitta, ante pugnam pugnabit.

13 Alias pares statio ipsa discriminat, nec vnquam æquo Marte qui iniquo loco pugnauit.

14 In bonarum artium prõptuario non quomodo dolijs fæces in fundo sunt, sed veluti in spectabili ædificio

prima quęque, vtpote pedamenta tantum & fulcra, pulcherrimo fastigio premuntur.

15 Nulla arx fortius concutitur quam quę lanceis argenteis verberatur.

16 Facile necessitas ignauiæ prætexitur, & in pluribus quorum sanctitati assurgimus, impotentia est quę innocentia vocatur.

17 Inquieto ventriculo ipsius etiam voluntatis, obuia fastidio sunt, negata in desiderio.

18 In-

18 Innaſcitur homini pruritus cui non meliora placent ſed peregrina, & pluris æſtimet monſtruoſa quã ſana, nec optet ſibi occurrere veritatẽ niſi eruatur

19 Quanquam fatorũ iram tot fomẽtis mulcere ſatagamus, ſed interim ipſa etiam mora ad metã pergimus, & tum acriori curriculo ferimur quũ ad currendum fatiſcenti corpore inualidamur.

20 Satius eſt ex hoc rerum theatro exire quam abeſſe, & repo-

nere aliquando fortu-
natam sortem quam
semper optare.

21 Pauperes plerumq. fęlicitatem suam tanquam insolentem cibum concoquere nõ possunt nisi, in plano tumeant, & laudari se putẽt cũ excusantur.

22 Præco tanquam tumulus aut basis extollit argumentum cui succumbit.

23 Munitis causis par est etiam impar patronus.

24 Fatum cogitat qui Deum credit, nisi hũc

aut

aut nescire opus suum, aut negligere certe mentiatur.

25 Fortuna ita passim in diuitum penu est, in pauperum votis, vt quãquam Vniuerso abesset, sed desiderijs accerseretur.

26 Deus ad vindictam mora ipsa pergit, pœnas ad pœnam dissimulat: nam quis quid diu credidit nisi cum fœnore repetiturus.

27 Summa diuitum miseria est non fuisse infœlices.

28 Nihil vsquam in Mun-

Mundo permiſſum temeritati; nec in tot ruinis cadit aliquid, ſed dimittitur.

29 Tinea ſpeciei tumor eſt, ac veluti flammæ fumus: ita certo illa ſui conſcientia inflatur, velut ſpiraculo fomitem faſtus irritãte.

30 Vultus hominis, vt. pote melioris limi particula, totius compẽdium & inſtar eſt, in quo pulchritudo ipſa ad pompam ſe explicauit.

31 Non omnia animę bona fiſco ceſſerunt,

aliqua sibi illa mordicus velut in naufragia tabulas apprehendit, quę perdere non posset nisi quum ipsa periret.

32 Incrementa in rudimentis cogitanda sũt, & cauto cuique tanquam Democraticæ philosophię candidato atomi curandi sunt quibus aceruus coalescit.

33 Experientia si falsa, etiam fallax est, & vniuersim quũ obiectum sensui, iste menti mentitur.

34 Pru-

34 Pruritus ſcientię ad cotem admirationis acuitur.



ERRATA			RATA
Pag. 18	lin 14	quideni	lege quidni
26	1	alius	altius
27		circulos	circiculos
32	2	libro	libo
34	21	intelle-chias	enthelechias
40	3	anotomia	anatomia
42	4	caueaut	caueant
43	22	taitum	tantum
44	6	luber	ſuber
46	6	cacumi-nnm	cacuminum
50	2	ſentiam	ſententiam
57	7	errare	errare
58	22	Bubaloi-rnm	Bubalorum
16	24	Rhinoce-rots	Rhinocerotis
61	11	com	cum
62	10	ineq.	neque
66		med. pedibes	pedibus
70		med. viciſsftu dine	viciſſitudine
100		med. noſtci	noſtri
104		med. canopæo	conopeo
116		med. excedi-ſti	excidiſti
125	1	ipſe	ipſa
130	3	induat	induat
137	1	Inde	Iride

Pag.

ERRATA			RATA
Pag. 138	lin. 1	magfitudinem	magnitudinem
162	2	voluere	volueres
163	26	obsidionem	obsidionem
173	1	effe	esse
180	20	satum	satum
183	17	le	se
193	1	lucrina	Lucrino
Ibid.	23	fencidam	feruidam
217	med.	lubcentiæ	lubentiæ
229	1	bellatia	bellaria
238	20	delicij	delicijs
240	10	rorida	roridam
245	med.	videat	videor
252	8	in intro	intro
Ibid.	16	Illa	ilia
274	med.	diumetro	diametro
Ibid.	23	aliem	aleam
281	9	expiaudis	expiandis

Alia plura (etsi minuta) irrepserunt etiam in marginibus; plurima in interpunctionibus; quæ omittimus humanitate lectoris excusanda.

ERRATA
Diatribæ.

Pag. 3.	lin. 6	filentibus	lege ſilentibus
6	12	loqiuta	loquuta
19	10	aum	auſim
16	17	isle	ille
16	21	roreptum	correptum
20	med.	Pytago-ricoeum	Pythagorico-rum
22	6	torquen-tiam	torquentium
31	2	Tertius	Quartus
36	22	eapti	capti
44	med.	taceans	taceas
	16	ſpargans	ſpargas

HARPOCRATES,

QVINQVELVDIVS,

SIVE


DIATRIBA

Silentij

Eodem authore:

Ad Sorores monasterij de Bethlehem in Hybernia Ordinis S. matris N. Claræ.







ROMAE, Typis Mascardi, MDCLI.

Superiorum licentia.



SYNOPSIS
LVSVVM DIATRIBÆ

1. BIBLICVS

2. HISTORICVS

3. PHYSICVS

4. POETICVS

5. ORATORIVS

Sa-

Sacris Virginibus

in

Bethlehem

Olim originis nunc etiam CLARAE,

Religiosè silentibus,

Silenter religiosis,

Seculi Amelis;

Verbo tacitis,

Exemplo facundis;

A quibus

Castitatis coloniæ.

Per Hyberniam ductę,

FR. BONAVENTVRA
BARONIVS.

Sororibus

Silentij diatribam,

Argumento charam,

sciens,

D. C.

LV-

LVSVS PRIMVS

Parænesis.

BIBLICA

Ad Silentium.

C[a]VSTODI claustra oris tui, [b] vt non delinquas in lingua; [c] nec enim insontem habebit illum Dominus [d] qui procax est ad loquendum [e] vtinam essem vir nō habens spiritum, &

a Mich. 7.v.5.
b Ps. 38 v.10.
c Exodi 20.v.10
d Eccl. 20.v.5.
e Mich. 2.v.18.

mendacium potius lo-
f Prou. 6. v. 25. querer: [f] à muliere mala, & blanda lingua
g Eccl. 25. v. 33 factum [g] est initium peccati, & per illam omnes morimur, [h]
h Iob. 17. v. 1. dies nostri breuiantur, [i] labor est ante nos; [k]
i Psal. 72. v. 16. hæc est hæreditas ver-
k Iob. 20. v. 29 borum eius à domino. [l] Si non venisset
l Io. 15. v. 22. illa, & loquuta non fuisset peccatum non
m Eccles. 10. v. 11. haberet: [m] (quomodo enim morderet serpens in silentio?) [n] At
n Prou. 8. v. 21. nunc irretiuit eam, multis sermonibus; [o]
o Prou. 6. v. 2. illaqueata est verbis

oris

oris sui. [p] Tu ergo sci- p Dan.
to quia [q] dimittis ad- 9.v.25.
uersum te eloquium, q Iob.
tuum. [r] Si loquuta 10.v.1.
fueris, non quiescet r Iob.
dolor tuus. [s] propter 16.v.7.
peccata labiorum rui- s Prou.
na: [t] neque enim [u] tibi 12.v.13
soli peccabis. [x] Iracū- t 1.Reg 2a.
dia animositatis, [y] & u Ps.50
maledictio [z] vtraque v.5.
ex ore proficiscuntur. x Eccli
[α] Halitus eius prunas 1ev.28.
ardere facit. [β] Si suffla- y Iacob 3.v.10.
uerit in scintillam, z Ecli. 28. v. 14.
ignis exardescet. [γ] Prę- α Iob.41
sentes enim, & absen- v.12.
tes torquet, [δ] quasi la- β Ecli.
pis rotatus in impetu, 28. v. 14.

&

y Sap. 11 v. 12. & circulo fundæ. y Fla-
gelli plaga liuorem
δ 1. Reg. 25. v. 37 facit, plaga autem lin-
Ecl. 28 v. 21. guæ comminuet ossa.
ε cl. 28. v. 25. δ Mala est, mala est &
vtilis potius infernus,
ζ Ps. 51 v. 2. quã illa. ε Sicut noua-
η 2. Reg. 23. v. 8. cula acuta facit dolũ η
Ipsa quasi tenerrimus
ligni vermiculus, &
octingintos interficit
θ Io. 10. v. 38. impetu vno. θ Si mihi
non credis, operibus
ι Num. 11. v. 6. & 14. v. 15. crede ι ecce enim olim
extremam castrorum
partem deuorauit, &
occidit multitudinem
quasi hominem vnũ.
κ Math 1. v. 22 κ Hoc autem totum
fac-

factum est, eo quod λ detraxerũt aliqui terræ: μ quantò magis, qui Dijs detrahit non erit impunitus, ν quoniam ipse se in futurũ obligat. ξ Ne diligas verba præcipitationis; ο Neque venias in locum, vnde partem Israel videas, totum autem videre nõ possis, vt inde maledicas ei π per caliginem iudicans, alioqui ς peccatum tuum respõdebit tibi; τ Sermo quem loquuta es ipse te iudicabit. υ Tu ergo si

λ Nu. 13 v. 33.
μ Exod. 11. v. 7 & 22. v. 28.
ν Pro. 13 v. 13.
ξ Psal. 51. v. 6.
ο Num. 23. v. 13.
π Iob. 22 v. 13
ς Isa. 59 v. 12.
τ 1. Reg 3. v. 17.
υ Ps. 8. v. 9.

ט Prou. 23.v.6. audieris me, ט statues cultum in gutture tuo;
י Iob. 40.v.20. י fune ligabis linguam tuam כ ne sit tibi in-
כ 1.Reg 25.v.31 singultum, & in scru-
ל Prou. 22.v.6. pulum cordis. ל Pro-
uerbium est: מ In mul-
מ Prou. 10.v.19 tiloquio nō deerit pec
catum: נ Et quomo-
do vinum potantem
נ Hab. 2.v.5. decipit, ס ita ingredi-
ס Prou 23.v.31 tur blandè, sed in no-
uissimo mordebit vt
ע Leuit 15.v.15 coluber. ע Qui patitur
fluxum seminis immū-
פ Luc. 8.v.12 dus erit: פ Semen au-
צ Eccl.21 v.31. tem est verbum, & צ
susurro inquinabit ani
ק Deut. 19.v.5. mam. ק In successione

li-

lignorum, securis fu-
git manum, & ferrũ
lapsum de manubrio
percutit, & occidit; ר
ita & lapsus linguæ ר *Eccli. 20. v. 20*
quasi in pauiméto ca-
dens occidit proximũ,
& effundit sãguinem.
ש Et, si tacita cogita-
tione respõderis; quis ש *Deut 18. v. 21*
est qui non offendit in *Iacob. 3. v. 2.*
verbo? ת video volu-
men volans: hæc est ת *Zach 5. v. 1.*
maledictio quæ egre-
ditur super faciẽ om-
nis terræ. ד Venter
noster quasi mustum ד *Iob. 32. v. 19*
absq; spiraculo, coarc-
tat nos spiritus vteri

 no-

h Idem 21.v.10 nostri. h Bos concipit,
& non abortit; homo
t Ecli. 19.v.10 autem, t si audit ver-
bum, & commoretur
u Ecl. 24.v.41 in eo, dirumpet eũ. u
Sicut aquæ ductus in
3 Iob. 36.v.27 præceps 3 effundit im-
bres instar gurgitum.
l Sap.4. v.14. l Propter hoc relicta
sunt labia circa den-
u Ecle. 12. v 3 tes, u & ipsi molentes
in minuto numero,
y Psal. 140. 3 alterum y ostium cir-
cunstantiæ, a ne adin-
a Ecli 23.v.2. crescant ignorãtię no-
p Psal. 31.v.1 stræ, p vt non delin-
y Ecli 23 v 17 quamus in lingua, y
est enim in illa verbũ
r Her. 47.v.6. peccati. O r mucro
vsque-

vſquequo non quieſces? ingredere in vaginam tuam, refrigeſce, & ſile. ף Melior eſt finis orationis, quam principium. ך Etiam ſtultus ſi tacuerit, ſapientior ש videbitur viris loquentibus ſententias: ש. Sed & ſubiugale animal mutũ prohibuit prophetæ inſipientiam. ת Propter quod inexcuſabilis es, a quia ex ore tuo iudicaberis. b Si habes in poteſtate animam tuam, c adhæreat lingua tua fau-

ף Eclef. 7. v. 9.
ך Prou. 17 v. 28
ש Prou 18 v. 16
ש 2. Pet 2. v. 16
ת Rom. 2. v. 1.
a Luc. 19 v. 22
b Prou. 23. v. 2.
c Psal. 136 v. 6

d 1.Reg faucibus tuis,[d] & vox
v. 13. penitus non audiatur.
e Isa. 57 v.14 [e] Declina de semita[f]
f Isa.13 v.14. tanquam damula fu-
g Gen. 16 v.12 giens: è[g] regione fra-
h Iob.3 v.14. trum fige tabernacu-
lum.[h] Aedifica tibi
i 1. Reg 26.v.25 solitudines, quia[i] po-
k Ecli.1 v.35. tens poteris,[k] etiam
l Iob.9 v.3. in medio synagogæ.
Imo,[l] si voluerit,[m]
m Nu. 22.v.9. populus solus habita-
n Phil. 4 v.5. bit.[n] Iterum dico[o]
o Cant vi.v.14 fuge dilecta:[p] In so-
p Isa. 48.v.3. litudine rectas facies
q Iulic. 13 v.16 semitas Dei[q] Si au-
r Deut. 32.v.2. tem cogit te initium
aliquod rei necessariæ
vitæ,[r] fluat vt ros elo-
quium

quium tuum, & quasi stillæ super gramina. [ς] Caue ne loquaris [ς] propositiones ab initio: [u] quin quod remansit pone ante te, [y] & colligas spicas post terga metentium. [z] Mel, & lac sub lingua tua. [α] Bona absconditâ in ore clauso, quasi appositiones epularum. [β] Qui fecit os hominis fabricatus est mutum. [γ] Animaduerte, & vide quoniam [δ] semel loquitur Deus, & idipsum secundo non repetit.

ς Gen. 31 v. 29
t Ps. 77 v. 2.
u 1. Reg 9. v. 24.
y Ruth 2. v. 2.
z Cant. 9. v. 11.
α Eccle. 30 v. 18
β Exod. 4. v. 11.
γ 1. Reg 24 v. 12
δ Iob. 33 v. 14

ξ Colos. 3. v. 12. ι Iob. 32 v. 15 ν Esd. 8. v. 55. θ Prou. 26. v. 8. κ Ose. 8. v. 1. ϰ Ecle. 5. v. 3. λ Ecli. 17 v. 22 μ Ibid. v. 24. ν Ose 14 v. 3.

petit. ξ Electi Dei sancti & dilecti ι abstulerunt à se eloquia. ν Noli ergo tu esse sicut θ qui mittit lapidem in aceruũ Mercurij, κ nec in gutture tuo sit tuba ϰ Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam, λ Precare ante faciem Domini, & minue offendicula. μ Sta in sorte propositionis, & orationis altissimi Dei ν & redde vitulos labiorum.

LVSVS

Historicus de Silentio, secundus.

AT enim entelechia hæc, atque omnis honestas exemplo quam gnomis constat. Sed proh penuria! fugiendum est è nostro seculo, & in aliud migrandum, vt Nazianzenum, & Paulum (simplicem inquam) conueniamus; illum trimestri, hunc triennio silentes: Sed quantum vterque, si Theonem accedamus, qui triginta annis in eodem gurgustio degit tantum non mutus; & tamen tam illustri paradigmate ideam virtutis edidit quam alius quispiam non expressit modo, sed excessit. Is erat Theodosius abbas; qui triginta quinque annis linguæ imperauit, in cella

illa viui sepulchro defixus, neque interim auditus, nisi miraculis, vt eum qui pro se tacuisset, portenta loquerentur. Hic nimirum ille est qui noctuos lauernas in gurgustium eius prædandi libidine ruentes, oratione defixit; ad quem cateruatim fluebat vulgus languentium; cæcorum, claudorum, aridorum, actutum ab ipso redintegratus. Hunc admiror, sed æstimo Agathonem, qui triennio lapidem ore continuit, quo silentium disceret. Vnde & factum est, vt cum deinde loqui vellet, non posset. Et quis putet Paulum protoeremitam Thebæum nonaginta octo annis vlli familiarem; quem certum est nulli interim visum? Hos duces illæ copiæ sequutæ sut quibus deinde Aegyptus, Palestina, Asia omnis abundauit. Qui dum synaxem celebrarent, non sputa emitterent, non excreando ob-

ftreperent; tuſsi ipſi, (parũ erat verbis,) temperarent. In Tabiñeſi monaſterio quod in eremo Scytica ſitũ, Amos abbas quingentis monachis præfuit, & tamen quũ toteſſent ſuſurrũ, tuſſim, halitum etiã cõtinebant, vt aduenæ locũ ingreſsi, deſertum putarent. Et ego his heroibus quoduis promittere ita aum, vt velim eorum prodigia in prodigijs nõ innumerare. Quid enim nõ valeat, qui tam valentẽ beſtiam cauea ſua incluſit? Macarius hoc loco Romanus draconi colludebat, leoni imperabat. Et in Aquilone noſtro iſte Affligenſis alumnus qui ſexdecim annis tam ſeuerum obmutuit vt ex eo nõ ſemiſsis ſyllabæ audiretur, quum deinde clauſtrum igne correptum latè flagraret, atque alij frigidam à vndatim affunderent ſed fruſtra; ille mutam diù linguam in hæc verba laxauit, ſtet ignis, ſtetitque ignis verbo eius. Vbi

sa-

rationi litantes, volent silentium viri potiusquam miraculum ipsum mirari; nam & ex ijs quos nemo in apotheosim retulit, nonnullus, (fuit autem Augustus Cæsar) quum primùm fari cœpit; strepentes ranas in auito suburbano silere iussit, & ex eo tempore negantur ibi ranæ coaxare. Nempe silentij cultus in Ecclesia adultus potiua quam ortus est, sæculum omne, terras, gentes imbuit; Nota Olympias Pytahoricoeũ; Appllonius Thianæus tantundem tacuit eo fiuetu, vt arcana ponderet; futura prædiceret, vinctum compedi; puellam morti eriperet, quum iam funus efferretur. Sed hi denique fibulam suam laxarunt; Diogenes Laertius, quod matri nescio quid dicendo offecisset, deinceps tam pertinax obmutuit, vt illum nec Adrianus Imperator mouere potuerit etiam pœna capitis indicta; cuius constan-

ſtantiam admiratus pepercit, orans vt ſaltem ad aliqua problemata data tabella reſponderet, quod fecit; plenè inſtar ſulpitij noſtri verè Seueri, qui aliquando lingua lapſus ſilentio eam ad mortem vſque damnauit. Iam ſi Peloponeſi Spartam traijciam, ibi enimuero omnes Laertios, quemque Sulpitium offendam, qui etiam in loquendo ſilentium ſeruabant. Audi enim epiſtolam eorum vnam ad Philippum Regem (*Si*) & aliam ad eundem (*Non*). Scripſit ſiquidem ad eos Philippus minabundus, inquiens, Si in Lacedemonem impreſsionem fecero, extorres vos agam; & reſcripſerunt. (*Si*) Et iterum quærenti num ſe in vrbem intromitterent, reſponderunt palmaribus litteris (*Non*) Si iam ad teneriorem ſexum excucurrero qui lubricum linguæ plerumque in lapſu habet, quanta Epicharidis obſtinatio ſilendi,

quæ cum consciret Pisonianam coniurationem, iussa tormentis lacerari, vt indicaret nescio quid; prima die non verberibus, non ignibus cogi potuit, non ira eo acrius torquentiam, ne à fœmina vincerentur. Postera autem, cum ad eosdem cruciatus retraheretur gestamine sellæ (nam dissolutis membris insistere nequibat) vinculo fasciæ quam pectori detraxerat, indidit ceruicem, & corporis ponderi innixa spiritum moriendo expressit, quē loquendo noluit. Ex nostris Susanna plagij reatam periculosè, vt accusator in testem, hic in iudicem coiret; sed adhuc tacuit tanquam reuerentiam filentij famæ, impunitati, vitæ ipsi præferret; non meditata oratione purgans se, sed nulla, merita adeo vt pro illa taciturnitas ipsa loqueretur. Claudat agmen hoc virgo quæ in vastissima eremo tot annis

cellæ,

cellæ, ac silentij tenax, tam auersata est dialogos omnes, & hominum contubernium, vt cum illac in tot lustris semel hospites monachi transirent, non respexerit aspecta, ne vel oculis loque-retur.



LVSVS
Tertius.

PHYSICVS
De Silentio.

NEmpe quot rerum ordines tot præcones ſunt, quibus ipſum Natura tono materiæ cognato, id eſt nullo commendat. Cæli, illi rerum primitiæ natu ac nobilitate, ſine ſtrepitu ſunt, nec tamen ſine motu; tam facile vaſti illi orbes radunt ſe,& amplectuntur. Summus aeris triẽs ſummè tranquillus eſt: Citimus hic & depreſsior, ſtridet. Ita ſilentij exempla habemus optima, maxima: quo enim hæc punčticidia terratum ad

cælos,

cælos. Vbi ignis etiam viciniam concaui ſui tranquillè lãbit, vtut apud non crepet? Ad hæc, ille aëris populus aues, idem argumentum egregiè explent, quoniam quæ optimate canore prǫditæ ſunt, ſtato, modicoque tempore canunt. Lucinia auium Apollo, cuius exẽplar Muſas muſicas facit, canit diebus quindecim, ſed ſolis; ne quis ſibi mentiatur ſemper dicendum eſſe, quia bene. Merula æſtate canit, hyeme balbutit, circa Solſtitium muta: Cygnus ſui præfica, optimum carmen vltimum edit, tanquam conſultum ſit tum deſinere, quum deſideramur. Quin Natura ipſa definitum omnibus cantum ac temporaneum largita eſt, Acredulæ matutinum, Cicadis meridianum, Noctuis ſerum, Vlulis veſpertinum, Bubonibus nocturnum, Gallis antelucanum. Ita omnibus loquendi vim dedit, ſingulis vi-

ces. Ad hæc quæ' dignitate præſtant, etiam ſilentio; viliora capita ſtrepunt. Ranæ coaxant, nunquam non; Pauo mutus eſt; Pica dicacula omnibus faſtidita: Ciconiæ plerique elingues quibus tamen in Theſſalia tantus honos eſt, vt vnam occidere, capitale ſit, eademq; legibus pœna quę homicidio. Certè grues quum ex Cilicia montem aureum tranſuolant, calculos ori immittunt, vt non modo nolint ſtrepere, ſed nec poſsint, contra aquilarum vim præſidium à ſilentio mutuatæ. Nempe animal quodque vt ſapientia ita ſilentio præſtat. Simia tot ſtratagematis ingenioſa, in qua rationis opera ſine ipſa miramur, non vocem habet: Elephas etiam, ille animatus mōs, & tamen funambulus, loquendi nec inſtrumenta quidem; & quæ animalia ſermonem noſtrum exprimunt ad perniciem nos imitantur. Hiena humanas

voces

voces ad homicidium addiſcit, quum paſtorum nomina callet foras vocatos, necat. Graculi idem dociles, itidem inſidiantur, argenti, & auri furaces. Iam vero ille Cæſar quadrupedum leo, ferale rugit, ſed rarò; ita ſilentio addictus, vt fragore irritetur, cum ex aduerſo debillima quæque tonent. Noctua nouem voces habet Canibus id familiare ſcimus, vt quo defecerint plus virium, eo latratibus indulgeant. Illud nolo indictum, animalia aliqua duplex cor habere, nulla linguam. Soli lacertæ bifida eſt, ſerpenti triſulca, vitulo marino dnplex; ſed vbique diuiſio eſt non multitudo. Et ſi omnem familiam naturæ cenſeas, dices tinnula quoque effœta, virtutes ſilentio nupſiſſe. Vaſa vacua altum bombant, farta vix icta ſonant. Profunda flumina etiam tacita ſunt; vndas agunt, quæ non habent. In metallis, au-

rum mutum; æs, & vilia sonãt: &; illud tamen duplo grauius est argento, ære, stanno. In Larice ligno quid sexuum differentiam habet, mas qui fragosius cæditur, operibus ineptus esto. Nolo nimius audiri: Illud tamẽ aliquis expẽdat, vt lingua nostra, amara, salsa, acida reddi potest dulcis nõ potest. Vt sonus ex dirupto aëre fit, quasi refragante Natura, & silentij iacturã gemitu testata. Nempe nõ precatio silemus: Melius audimus quum retinemus spiritum quã quum emittimus. Silere contra sitim valet: &, si quid ingruat euersis, & scandentibus, contra ictus item spiritum cohiberi remedium est. In corpore nostro quæ irritamenta silendi; quum sensoria omnia, & omnia organa Natura plerumque dupla, & paralella esse voluerit, oculos, aures, brachia, manus, latera, femora, poplites, & pedes, vbique dextra, ac sini-

finiſtra, os ſolitudine damnauit, tanquam nihil minus nos agere vellet, quam loqui. Illa oris clauſtra, repagula dentium, ac labiorum, quid loquuntur niſi quam minime eſſe loquendum, quum natura ipſa circa linguam caſtra metetur? Cætera animantia cum vita vocem accipiunt; homo, niſi trimulus, infans eſt; propter quod Aegyptij ſilentium 1095. diebus adũbrarunt, quod eo vſque puero neceſſe ſit muto eſſe. Creſi filius ſemeſtris loquutus eſt, ſed eo prodigio totum illud regnũ ruit. Quin aliorum ſtrepitus omina in malum ſunt: Canum latratus hoſtium inſultus notat. Noctua ante ſolis occaſum garrula pluuias portendit,

Et pluuiam cornix plena vocat improba voce.

Cum ex diametro aues, quæ terreſtria loca habitant, ſi cum

 ſilen-

ſilentio ea deſerant, ſerenitatem portendunt. Adeo omnia ſilentij obſeruantiam nobis adferunt, aliqua etiam neceſsitatem: quoniam in litteris ipſis quibus ad loquendum vtimur, plures mutæ ſunt quam vocales.

* * *



LVSVS
Tertius
POETICVS

VIRGILIO-CENTONES

De damnis linguæ.

A *Dij quibus imperium est animarum, umbræque silentes*, Pub. Vir. Maro. 6. Aen. ver 264.
Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia latè;
Hanc mihi da propriumVirgo sata nocte laborem 7. Aen. v. 331.
Hunc operam,(nostis & nimium meminisse necesse est) 8. Aen. vers. 514. 332.
Quæ scelerum facies vobis? quæ maxima turba est Geor. 2. v. 551.

6. Aen. v. 550 *Quos rapidus flammis ambit tor- rentibus amnis*

Ibid. 551 *Tartareus Phlegethon* : [*quantos premit aspera lingua* Geor 3. v. 508.

Geor. 1. v. 327. *Quum sonitu feruet* [*& verberat ictibus auras* ? 5. Aen. v. 377. v. 327.

Geor. 3. v. 470. B *Non tam creber agens hyemem ruit æquore turbo*,

2. Aen. v. 496. *Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis*

497. *Exijt, oppositasque euicit gurgite moles*,

498. *Fertur in arua furens cumulo*, *camposque per omnes* Geor. 1. vers. 482.

499. *Cum stabulis armenta trahit*, *velut aspera lingua* 485.

12. Aen. v. 334. *Ante Notos, zephyrosque volat*, [*dat corpora letho* Ibid. Aen. vers. 328.

Ibid. 329 *Semineces voluit multos*.

2. Aen. v. 304. *In segetem veluti, quum flamma furentibus Austris*

305. *Incidit*, *aut rapidus montano gurgite torrens*.

(Dij meliora pijs, erroremq. hostibus illum.) 3. Geor. v. 113.

C Hinc furijs agitata odia, & [discordia demens 6. Aen. 280 12. Aen. 664.

Bella manu, lethumque gerens; glomerantur eodem 9. Aen. v. 689.

Iraque, insidiaq. [& plurima mortis imago; 2. Aen. v. 689. 7 Aen. v. 876.

Et metus, & male suada fames, 6. Aen. v. 276.

& [tristis Erynnis 2. Aen. 337.

Viperеam inspirans animã, [nec nomina quæ sũt 2. Geor. 102. 7. Aen. v. 341.

Est numerus, nec enim numero comprendere refert, 3. Geor. v. 103.

Quem qui scire volet, Lybicive lit æquoris idem 104.

Discere quã multæ zephyro turbentur arenæ; 105.

Aut ubi nauigijs violentior incidit Eurus 106.

Nosse quot Ionij veniant ad littora fluctus. 107.

D Nec tamen interea (mortalis mucro fatiscens 12. Aen. 740. Eglog. 2. v. 58.

Proxima quæque metit: longè pars maxima pugnæ 10. Aen. v. 513.

Sævit in absentes. [proturbatq. eminus 9. Aen. v. 63.

10. Aen. v. 803. *eminus hostem* 10. Aen. 802.
Missilibusque furit . [Magnus it
4. Aen. v. 174. *fama per vrbes* 4. Aen. 173.
Fama malum, [*pedibus celer*, &
pernicibus alis Ibid. 180.
4. Aen. 183. *Et ficti prauique tenax* , [& *spi-*
cula vibrans] 11. Aen. 606.
11. Aen. 611. *Crebra niuis ritu* : [*magnumq.*
agitata per orbem Ibid.. 694.
Ibi. 695. *Eludit gyro interior* , *sequiturq.*
sequentem
Ibi. 697. *Altior assurgens*, [*rursusque in-*
noxius [*absens* 5. Aen. v. 92.
[4. Aen. v. 384.
4. Aen. v. 2. *Vulnus alit*: [*Qualis coniecta*
cerua sagitta Ibid. v. 69.
Ibid. 70. *Quam* [*procul incautam nemo-*
ra inter Cressia fixit
71. *Pastor agens telis*, *liquitque vo-*
latile ferrum.
72. *Illa fuga quamuis syluas*, *saltus-*
que peragret
73. *Dictaos* , *haret lateri lethalis*
arundo
12. Aen. v. 214. E *Nec vera it famam* [*tantum*,
nec viscera vinis
215. *Eripit*, [*insequitur tumulos* [*inuat*
ire

ire sub vmbras 4. Aen. 660.
(*Suadet enim vesana fames*,) 5. Aen. 340.
manesque profundos 1. G. 242
Quid memorem, vt [*demens vocat in certamina Diues* 6. Aen. v. 172. 6. Aen. 123.
Seu genus antiquum terra Titania pubes Ibi. 580.
Fulmine deiecti? [*quis carmine colligat vno*. 581 590.
Ausit vt [*ille dolis instructus*, & *arte Pelasga* 2. Aen. 152. 3. Geor. 78.
(*Dulcibus ille quidē illecebris*,) 3. Geor. v. 217.
Ceu nubibus arcus 5. Aen. 88
Mille trahit varios aduerso Sole colores) 5. Aen. 89.
Mentiri [*nec restat adhuc mortalibus vsquam* 2. Aen. 141. Eglog. 4 42.
Intemerata fides:] *longa est historia, longa* 1. Aen. 342. 2. Aen. 146.
Ambages, si summa sequar fastigia rerum 1. Aen. 346.
F *Scilicet hic* [*animas sub tristia Tartara mittit* 4. Ae. 243 2. Aen. 566.
Hinc omnis turba ad ripas effusa [*maniplis* 3. Geor. 297. 6. Aen. 305.
Incurrunt [*Phlegetonta furen-* 11. Aen. 623.

tẽ ardẽtibus vndis.Culic:251
6.Aen. 306. *Matres, atque viri, defunctaque corpora vita* 4.Geor. 475.
307. *Magnanimum heroum, pueri, innuptaque puellæ* : 476.
308. *Quam multa in syluis autumni frigore primo*
309. *Lapsa cadunt folia aut; ad terrã gurgite ab alto*
310. *Quam multa glomerãtur aues, vbi frigidus annus*
311. *Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.*
6.Aen. v.537. *Et fors omne datum trahimus per talia tempus,*
Cul.149 *Et tãquam geminas auium vox obstrepat aures*
4. Aen. v.143. *Tot linguæ, totidẽ ora sonant[fragor intonat ingens*.8. Aen.527
3.Geor. v.284. *Et fugit interea, fugit irreparabile tempus*
v.285. *Singula dum capti circumuectamur amore*.
4.Aen. 429. G *Quo ruit, [& mutata loco sẽtentia cedit ?* 9.Aen.v.220.
4.Geor. 495. *Quo tantus furor hic? [quis religiosa Deorum* 2.Aen.v.365.

Limi-

Limina, [*& excelsi montis iuga* *summa petiuit ?* Culic.v.45.	2.Aen. 366.
Quo tantus furor ? [*Anne iterũ* *crudelia retro* 4.Geor.495.	4.Geor. 495.
Fata *vocant,conditque natantia* *lumina somnus*	4Geor. 498.
Vestibulum ante ipsum primo ? [*sic omnia* fatis 1.Geor.199.	2.Aen. 469.
In peius ruere, & retro sublapsa *referri*	1. Geor. 200.
Aspicis, intereunt segetes, [*subit* *aspera sylua* 4.Geor.109.	4.Aen. v.208.
Lappaque ,tribulique, interque *nitentia culta*	1.Geor. 153.
Infœlix lolium , & steriles domi. *nantur auenæ*	Egl.5.37
Pro molli viola , & purpureo *Narcisso.*	38.
Triste lupus stabulis, maturis *frugibus imber ,*	Eg.3. 80
Aura susurrantum[*nobis & no.* *xia verba* 2. Geor.129.	Cul.154
Quis modus,[*an sua cuiqueDeus* *fit dira cupido ?* 9.Aen.185.	12.Aen. 157.
Quid delubra iuuant? [*nobis sic* *tempus agi res?* 5.Aen.638.	3.Geor. 23.
Dij prohibete nefas, [*Dij talem* *auer-*	5. Aen. 197.

auertite pestem 3.Aen. 620.

Cel. 199 H *Vos, ò vos, (adeò in teneris assuescere multũ est)* 2.G.272

Eglog.3 vltim. C*laudite iam riuos pueri;dum mobilis ætas* , 3.Geor.165.

3. Geor. 165. *Dum faciles anni [date mollibus ora capistris.* 3.Geor.188.

Eg.3.94 *Parcite oues nimium procedere, non bene ripæ*

Ibid.95. *Creditur [adueniet fandi , ne accersite tempus* 10. Aen.11.

6.Aen. 834. I *Tuque prior, tu parce [colo , calatisq;*Mineruæ 7.Aen.805

7.Aen. 806. *Fœmineas assueta manus [quæ plurima fando* 4.Aen.333.

4.Aen. 334. *Enumerare, vales [veterum [si posse) malorum* 6.Aen.v.527.

6.Aen. 715. *Securos latices, & longa obliuia pota.*

4.Aen. 289. *Heu fuge (nec voces vllas tractabilis audi)* 4.Aen.v.439.

5.Aen. 213. *Qualis spelunca subito commota columba*

214. *Cui domus , & dulces latebroso in pumice nidi*

215. *Fertur in arua volans.*[K *Tuq; à cui plurima mẽti* 6.Ae.299.

Ca-

Canities,[quam tota cohors imitata praeuntem 11. Aen. 500 — 6. Aen. 300.

Aeternum calorum, & virginitatis amorem — 11. Aen. 583.

Intemerata colit, [qua te, Nymphasq; sorores 4. Geor 382. — 584.

Exerces, voluisq; vices[perq; omnia versas 4. Aen. v. 286. — 3. Aen. 376.

Vir gregis ipsa, [tua sint fida silentia lingua 11. Aen. 241. — Eg. 7. v. 7

Vix effata simul, pallor simul occupet ora, — 4. Aen. 499.

(Ha tibi erunt artes,) mediaq; in voce resistat. 2. Aen. v. 72. — 6. Aen. 851.]

Namque vbi [deposita tandem formidine faris, 2. Aen. 76. — 10. Aen. 148.

Tinnitumq; cies [qua se tua sub iuga mittunt 8. Aen. 148. — 4. Geor. 64.

(Cymba velut magnas sequitur quum paruula classes) — Cei. 480

Circũ claustra fremẽt[quã multa grãdine nimbi 5. Aen. 458. — 1. Aen. 60.

Culminibus crepitant) aut rupto turbine venti 2. Aen. 416. — 5. Ae. 459

Confligunt [ducis exemplum, imperiumque sequuta 11. Aen. 758. — 2. Aen. 417.

Dira

3. Geor. 469. *Dira per incautum serpunt contagia* vulgus,

Egl. 1. v. vltim. *Maioresq; cadunt altis de montibus vmbra.*

SYNOPSIS.

A. B. Multitudo peccautium & & perentium lingua.

C Vitia orta ex linguæ abusu: innumera.

D Lingua absentes ferit, murmurando scilicet.

E Mortuis detrahit, etiã Diuis

F Quam multi damnentur ob peccata linguæ?

G Multiloquium religionibus pudendum: Est quidam regressus ad seculi vitam, Virtutes vitijs mutat.

H Apostrophe ad iuuenes pro cultu silentij.

I Nominatim ad Monialem.

K Ad Abbatissam.

LVSVS
Quintus

De Silentio Oratorius.

QVanquam vix videam supereſſe illi quod addat niſi ſpicilegium, quum iam Eccleſiaſtes, Hiſtoricus, Phyſicus, Poeta, omnem huius areæ ſegetem latè meſſuerunt. Sed nolo huic quincunci numerum imminui; malo argumentum oratori, quam hunc illi deeſſe; inde plurimo magis quod obiectum in felicitate, induſtria in laude; eſt, vt etſi in effæta materia gloriāri nonpoſſit quis, quod fecerit, ſed conſcire auſit quòd voluerit. Quamquam

hoc quod vertimus tale eſt, vt oratorem non deſerat vnquam ſed occupet, & velut antiperiſtaſi quadam ſemper, ſemperq; ei inſtruat, ſi etiam ipſum ſuppeditet quod de non loquendo loquatur. Sed ne ego, aut alienæ meſſi iniurius, aut palato veſtro ingratus recoctam crambem intrudam; non cum hiſtorico facta dicam, ſed facienda; non cum phyſico Naturam expendam, ſed arbitrium, cui quam poſſum calenti, ac vibrata dictione ſilentij cultum, polliloquij odium commendabo. Enim vero illud in optimatibus maieſtatem tuetur, in priuatis humilitatem ornat; doctos arguit, indoctos docet; & quum vnum omnibus par ſit, ſed nullius ore dignius quam muliebri. Garritus ſiquidem, & libido ſtrependi grauitatem immanè proſtituit, ac proinde principe indigniſſimus: paupertatem in odium vocat, atque

adeo

adeo plebi vitanda; & quoniã insipientiam illa certissimè aut comitatur, aut adfert, Senatui philosophorum & sequiori populo, remis, velisque fugienda est, his ne infamiam aggerant, illis ne accersant. Vas quum exploramus solidum sit an fatiscat, liquorem ei infundimus, qui solido instat, rimoso emanat. Ita planè cum tu lubricum, ac loquaculum vides, vitium, & morbum eius intellige eo grauiorem quo densiori imbre pluit. Solidus ille, ac sanus esset, totum complecteretur, nec redderet nisi oratus; & modo amphoram, aliàs cyphum, vtrobique mensuram impleret; at cum omnia pessum dimittit, liquido arguměto probat se etiam aqua indignum. Et quid ab eo potest expectari, qui accipere nihil potest nisi vt perdat, perdendo meretur ne accipiat? Et, si commissum teneat aliquamdiu, rumpitur; si

rum-

rumpatur non tenebit. Et heus Tu;(horum enim aliquem conuenire gestio,) vt Tu amicum habere potes, qui simillimum tibi odisti; seruari tibi vis fidem quam prostituis? Scilicet his gracculis hic genius est, simul aliquid hauserunt, verbo, nutu, odore, protinus in alium refundere, quem interim volunt sacramento & stipulatione deuinctum ne quem in scientiæ consortium admittat. Ita diuaricant} illi sinum indè indè diuulsum; fide arctant vt taceans; exemplo suadent vt spargans; quod quoniam ex dodrante nunc sæculi præpondetat pactis ac gnomis, à tergo eos Nemesis sua sequitur, & iustissima talione produntur. Ita (proh peccatum) arduum est quod facillimum esse debuit; loqui agere est, & tamèn tacendo lassamur. Et cum ad alia capita vitiorum Natura nos acerrimè instiget, adhuc durius

est vt repulsam huic demus, ad quod nos vsus inuitat. Anacharsis ille Scytarum Apollo, Athenis à Solone conuiuio exceptus, quum ad somnum se à pastu componeret, dexteram manum ori imposuit, læuam pudendis, atque ita quiescere deprehensus est, grauissimo magisterio docens acriorem esse linguę quam libidinis pruritum etsi hunc acerrimum, pro quo etiã in somno foret vigilandum. Sanè autem ego vtrumque similem reputo, non parem. Venus vires acquirit eundo & suo vsu irritatur; vt quum populum in capita censeas, in hoc genere sæpius innocentem, quã pœnitentem offendas; & hæc libido loquendi velut ficus Indica seipsam ferit, atque ex aliquot monosyllabis granis in Iliadem sermonum redundat. Implicat, & conuoluit se garritus, & vt cœperit aliquando, non iam fertur, sed ruit

..... Vt saxa abrupta quibus mons
Præcipitat, cliuoque latus fallente recedit.

Lasciuis semen sterile est, oratio verbosis, qui rogari debent vt desinant, accepturi stipendium non quia dixerint, sed ne dicant. Subtrahat se potius Orator, & receptui canat, vt illam dicendi crapulam infantia, quasi abstinentia coquat: silentio, & secessu desiderium sui gignat, ne quando ructu illo & vomica fermenti non loquédi peritus, sed imperitus tacendi censeatur. Sed enim illi, absit vt audiant, ranis similes, quibus vox non in pectore, sed in ore concepta. Muscæ illi molestissimum animal itū reditu. Hirundines implumes, quas Pytagoras tecto, Aristoteles tigno abigeret: Gallinæ, minuta capitula, quæ ad vniuscuiusque oui partum, rursum prorsum pipant,

pant, glocidantque. Aquatici canales, qui ne ſtillam bibere norunt, niſi vt vomant. Aes Dodoneum quod omni aura vapulat, omni ictu ſtrepit. Quàm foret ratione hominis dignius, dignitati noſtræ conſultius, grauitatem ſilentio profiteri? plurima ſecum, minimū alijs loqui; neceſſaria raro, vtilia inuitè, falſa ne vix efferre. Et, ſi Harpocrates non poſſimus, ſaltem Lacones reddamus. Pudeat nos euangelium à gentibus diſcere; & quam impudentes ſi nec ſequimur præuios, vt quum illi modeſtię ſignum ſuſtulerint, obſtinati nos caſtrà metemur? Saltem illam cæli Spartam accedamus, & in illa Deum, optimum eloquentiæ, ſi quis, profeſſorem; qui tamen longiſsima vita id eſt æternitate vnicum duntaxat Verbum eſt loquutus. Feciales ipſius fulmina, notentur, in quibus primum ignis pa-

paret, tum fragor auditur, ne nisi perspecta, agnita, diuina denique loquamur.

FINIS.

Sententiæ aliquot. Diatribæ.

1 *Muliebris sexus lubricum linguæ plerumq. in lapsu habet.*

2 *Consultum est tum desinere quum desideramur.*

3 *Oratoris obiectum infelicitates, industria in laude est*

4 *Arduum est quod facillimum esse debuit: loqui agere est, & tamen tacendo lassamur.*

5 *Implicat ac conuoluit se garritus: & vt cœperit aliquãdo, non iam fertur sed ruit.*

